

Inter libros
Josephi Mariae Pirascandolo
Antecessoris Regii
A. L. X.

QUI FIDEI HOSTES?

ΤΙ'ΝΕΣ ΟΙ' ΤΗ͂Σ ΠΙ'ΣΤΕΩΣ ΠΟΛΕ'ΜΙΟΙ;

QUALI I NEMICI DELLA FEDE?

PHILOSOPHICO-THEOLOGICA VELITATIO:

χάρμη, Escarmouche, ein Scharmützel, a Skirmish;

Eorum maxime bono suscepta, qui a diuturniori tempore, sub Christiano nomine, Errores fere cum lacte misere trahunt:

UT A SIGNIS

DE QUIBUS HIC VEL LEVI MANU DISSERITUR

FIDEI HOSTIBUS FACILE DEPREHENSIS

VALE TANDEM DICANT;

Deoque vocanti morigeri ad sollicitæ Ecclesiæ Matris sinum, Exempla sequuti luculentissima, properent:

ORDINIS

CUM ECCLESIASTICI TUM POLITICI INCOLUMITATI AC SALUTI

APTATA DISSERTATIO

A J. S. PRESBYTERO:

CUM PRÆVIO COMMENTARIOLO DE EODEM ORDINE

A PERTURBATORIBUS VINDICANDO.

FAVENTIÆ MDCCXCII.

TYPIS JOSEPHI ANTONII ARCHII.

SUPERIORUM PERMISSU.

VN DIEV. VNE FOY

VN ROY. VNE LOY

Parisiis ad S. Antonii Portam.

ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO D. D.

DOMINICO MARCHIONI MANCINFORTE

PATRITIO ANCONITANO

FAVENTIÆ EPISCOPO

JOSEPHUS SANS

Χαίρειν.

N*E quis, Præsul Optime, miretur, quòd jam jam velitaturus salutarem amplissimæ Protectionis Tuæ umbram, ceu quietis cupidus, elegerim: memorandos, & auspicatissimos post hominum memoriam eventus, qui, ut a Divinis, & Ecclesiasticis Scriptoribus accipimus, sub certis Arboribus contigerunt, huc collectos advocare, opportunum duxi. Itaque* (1) ,, Abraham, liberali hospitio, & con-

§ 2 vivio

(1) Ex præstantiss. Interpr. Franc. de Mendoza in lib. I. Reg. c. XIV. n. 2. p. 359. edit. Lugdun. 1646.

vivio Angelos excipiens: *stabat juxta eos sub arbore* (1): Debbora, quo tempore Israelem judicabat, *sedebat sub Palma, quæ nomine illius vocabatur* (2): Angelus, qui Gedeonem in Judicem Israelis inauguravit, *venit.... & sedit sub Quercu*, quæ erat in Ephra (3): Filii Judæ, & Israel, dum pace, & quiete fruerentur, habitabant *absque timore.... unusquisque sub Vite sua, & sub Ficu sua* (4): Ille Propheta, quem Deus miserat in Bethel ad Regem Jeroboamum de idololatria arguendum, regressus de legatione, qua egregie functus fuerat, sedebat *subtus Terebinthum* (5): Elias, fugiens Jezabelem, & in desertum se abdens, sedebat *subter unam Juniperum, & in umbra* illius dormiebat; ibique Angelico & colloquio, & convivio fruebatur (6): Jonas de Ninive regressus, sub Hedera, quam illi Dominus præparaverat, requiescens, lætabatur *lætitia magna* (7): Cœlestis Sponsa a Domino Sponso sub Arbore Malo ad meliorem vitam suscitatur (8): Natanael, cum esset sub Ficu, a Christo Domino videtur, statim Christum Dominum visurus, & cogniturus (9): Denique D. Augustinus sub illa sua Ficu cæleste antidotum hausit, & ferale venenum evomuit: & ad Fidei lucem frugemque resipuit (10). ,,

Igitur maximi ad consiliorum cæptorumque nostrorum felicitatem (quod Divinus in his Spiritus innuere videtur) refert, cujus, quantaque Arboris tegmine ac protectione quis fruatur, dignoscere; maturoque consilio de optima sibi prospicere. Umbra *enim* aut nutrix, aut nover-

(1) Genes. XVIII. 8., ubi, ex hebræo, *Quercus* hæc arbor fuit, apud Calmet. (2) Jud. IV. 5. (3) Ibid. c. VI. 2. (4) III. Reg. IV. 25. (5) Ibid. c. XIII. 14. (6) Ibid. c. XIX. a v. 4. (7) Jon. IV. 6. (8) Cant. VIII. 5. (9) Joan. I. 48. (10) Lib. VIII. Confession. c. XII.

noverca est (1): *quod equidem tam in physico rerum ordine, quam morali, nemo non, modo gaudens, modo deplorans, tùm citiùs, tùm tardiùs, animadvertit: Ut propterea felicissimi præ omnibus ii Populi sint, quibus, aliarum, a Fidei corrupta radice, intolerantibus, sub Fideicolarum, ac optime moratarum Arborum umbra salutifera, divinitus concessum est, honestam, christianam; & ab ordine (quod nobis fortunate contingit), illorum beneficio, servato, tranquillam vitam ducere.*

Quò autem hujusce initii apparatu respiciam, quæris? Res ipsa loquitur, Antistes modestissime. Nempe eò respicit primò, ut a nutu Tuo benignissimo, e fronte hujus qualiscumque commentationis meæ emicante, certam illi gratiam, indeque efficaciam apud Tuos conciliem. Ii enim, qui Te colunt (ecquis autem est, qui Te noverit, nec observet & veneretur?) ii, inquam, qui hìc, & alibi maximo sunt, & præclarissimo numero, ab hoc Tuo erga illam sapienti ac gravi præjudicio, non poterunt, quin grate ipsam in manus accipiant, oculis percurrant; & si quid invenerint, quod eorumdem usui deinceps esse possit, in dies magis ac magis excolendum, in sinu recondant; lugentis Bernardi memores: quòd videlicet, ,, sic se habeant Mortalium corda, quòd scimus, cum necesse non est; in necessitate nescimus (2). *Quin etiam egomet* de aqua cisternæ, & de fluentis putei, *non deinceps qua meis; sed qua albo calculo, quo eis humanissime faves, auctoritatis jure, jam Tuis, bibam jucundiùs & utiliùs.*

Deinde, quoniam, quam præmefero, mens in eo non sistit, ut, pro Amicis a seductis populis habitis, Fidei Hostibus, a fructuum consideratio-

(1) Cl. Bened. Perer. in Daniel. lib. IV. in versic. *Benedic. univer. germinantia......* (2) Lib. III. de Consid. ad Eugen. col. I.

ratione, depulsa ἀχαριστία, tandem aliquando agnitis, gladius uniuscujusque vertatur ad proximum suum, & cædes magna nimis *consequatur* (1); *sed insuper ut hæc inter eos pugna, & cædes (spiritus gladio perpetrata), veræ Fidei Arboribus, a nobis ex adverso præostensis, in pristinæ Unitatis Fidei, Obedientiæ, Charitatisque conciliationem, jucundissime utrinque, tandem cedat; parum fuisset, noxias illiusmodi Arbores, quarum umbram fugerent, salutari digito demonstrasse; nisi una evidentia signa, quorum ope proficuas & salubres a sceleratis ac pestiferis secernerent (quod sane lucubrationis decursu non negligo) ipsis plena manu, ut facilius, ubi se reciperent, nossent, ubique exhiberem. Atque adeo, si opportunitatem, Te singillatim eisdem indicandi, hic præterirem; a cujus fructibus, meritò commendatissimis, ubinam Catholica sit Ecclesia, cujus nobilissima pars es, Ejus spectabile Caput, per quem Te* Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam suam, *cæterique legitimi Pastores, quibuscum Fidei, ac Charitatis communione conjungeris, manifestò cognoscerent: illorum causa, tam præclaram occasionem mihi, e re ipsa natam, de manibus elabi sinens, defuisse viderer.*

At at, Tu Presul dignissime, ut es modestus, rubore perfundi ad hæc incipis, seu potius pergis; laudantique mihi subirasceris. Agnosco: idque in Tuis laudibus reponendum, constituo, honestum enim est; eòque mihi laudandus magis, quòd ab animi excelsitate ac magnitudine laudes contemnis. Sed quòd modo, pace Tua id dixerim, modestiæ Tuæ rationem non habeam, commune Ecclesiæ bonum, temporum ac argumenti mei circumstantiæ, quin & Deus, ipse in his omnibus Deus in causa est: qui omnino optimorum Pastorum alieno ore laudationem (quisque laudet suum) premere non sinit. Nec auctore careo præclarissimo,

cui

(1) Ex lib. I. Reg. c. XIV. 20.

cui in hac mecum controversia cedas, oportet. Bernardum enim, quem sermonis, & morum suavitate nobis refers, Ducem, cui refragari non audeas, sequor invictissimum; quandoquidem ,, Non potes, *ajebat is ad Eugenium*, abscondere : & Factum novimus (*occultæ alioqui largitionis, ne Episcopus pauper immunificus notaretur*) & Personam. Audire gravat? Et ego eò libentius prædico, quò Tu id molestius audis. Si Tibi sic expedit, & mihi sic. Tam non oportet, Christi gloriam me silere, quàm nec Te quærere Tuam. Et si pergis murmurare adhuc, respondebitur Tibi ex Evangelio: Quantò eis præcipiebat, tantò magis plus prædicabant, dicentes: Bene omnia fecit (1). ,,

Itaque laus Tua Christi, cujus vice fungeris, est gloria. Jesu Christi, inquam, Ecclesiæ Hierarchiæ Conditoris, Assertorisque: quem David, Patrem his verbis obsecrantem, nobis exhibet: Deus, laudem meam ne tacueris, quia os Peccatoris, & os Dolosi super me apertum est (2). *Nempe postulat hic Christus Dominus, nedum ut Ipsius Divinitas, Sanctitas, summaque Ejusdem Perfectio a divinis manifestationibus, signis ac prodigiis contra Incredulos, Impios, ac Hæreticos clarescat; sed super hæc, ut ejusdem Corpus, hoc est Ecclesia, Hujusque inter primos Hierarchæ ab illustrioribus in dies, ex suis Institutionibus & Gratia, Virtutibus, palamque istarum celebratione, omnibus, tamquam* Civitas supra montem, *ac velut Solis radii, manifesti sint: præ primis vero a Charitate; in qua plane ita excellis* (Facta novimus, & Personas), *ut* in hoc *uno cognoscere possint, qui foris sunt: Ubi Christi Magisterium; Ubi Discipuli Ejus sint.*

Enim-

(1) Lib. III. de Consid. p. 136. col. II. edit. Venet. 1596.
(2) Psalm. 108. v. 1.

Enimverò pia, comis ac affabilis in omnes humanitas, Spectabilissima Nobilitate conspicuæ, Genti Tuæ communis est: ut inde, nisi doctus fuissem, ex duabus præclarissimam Ipsi appelationem Mancinforte *factam; e tribus vocibus* ManKind Pforte, *testatissimæ Ipsius* Φιλανθρωπίας *significandæ, in unam coalescentibus, datam dixissem. Sed enim etymologico ludo, ut ut veri specie haud careat, prætermisso: qui præstantissimi Generis Tui communis est, beneficæ pietatis sensus, in Animarum Pastore, qualis Tu, singularis omnino, nullius injuria, evadit: Episcopali videlicet munere, pro officiorum erga tot oves, Tibi creditas, varietate, perplures occasiones, exercendæ tùm clam, tùm palam, Charitatis, undique Tibi offerente. A quibus præstandis officiis cum minime Te subtrahas, dulcius gratiusque, multiformis sollicitudinis Tuæ observatoribus, spectaculum est constans amor ille ac studium, quo* ante *oves Tuas exemplo* vadis; *singulas quando opus est, vocas* nominatim, *debortatione revocas, unaque* Μητροπάτηρ (*græco sermone exculto, scio, me loqui*) *suavitate demulces, ac solatio præsens ades.*

His porro accedit, quod cum nullo fastu, nullo contemptu minores Te dedigneris, sed tamquam unus ex illis, omnibus omnia factus, *facilem ac humanissimum* Ἐκκλησιάρχην *exeras: a nobilissimæ Domus Tuæ ornamentis, ab Infulis, a Legationibus, a Purpura, a præclarioribus Militarium Ordinum Insignibus, a Principum gratia, a Procerum bospitiis, ab Urbium fida, ac secura custodia, a rebus præclare gestis domi forisque, a præclarissimis Affinitatibus &c. &c. &c., ita, Te nihil animadvertente, Pastoralis Tui Ministerii functiones, & acta condiuntur, ut etiam ab illis Gregi Tuo universo jucundiora reddantur. Gregi, inquam, Tuo, ita vicissim Tibi dilectionis vinculis devincto, ut nihil supra. Ipsum plane eò, quò oportuerit, ducendi, a mutua ejusmodi dile-*

dilectione, rationem potissimam invenisti. Cum enim a sermonis tui; evangelico sale conditi, potenti vi; ab incessu ipso, ab aspectu, & corporis habitu, ad modestiam & benevolentiam composito, in Optimi Pastoris sinu *se omnes descriptos* portari, *intelligant: ad officia quisque sua, vel uno* vocali *occursu Tuo, urgeri ac impelli se sentiunt: quod patria voce* Impegna *latum ab adloquio, quo Seminarii Tui Alumnos, florentissimam Diœcesis spem, extra Urbem perambulans, Pater filios, dignaris, significantem audivi aliquando juvenem Sacerdotem; Ars revera maxima, & Apostolica optimi Pastoris hac est, a Magno Gregorio in sua* Pastorali Regula *commendata: ubi de Paulo, qui, se modo placere, modo non placere, significat, loquutus:* Placet......, *ait*, Paulus, & non placet, quia in eo, quod placere appetit, non se, sed per se hominibus placere veritatem, quærit (1).

Et de sola verborum sapienti illecebra ait Ecclesiasticus: Sapiens in verbis se ipsum amabilem facit (2): *quid enim vero si verbis suavi charitate illitis, facta pulcherrima, quæ Populi amorem, ac venerationem extorqueant, quod numquam facere intermittis, sociaveris? Tunc profecto a* Christi bono odore *in omni loco*:,, Tales, dicunt, esse convenit Dei cultores.... mansuetos, graves, prudentes, pios, irreprehensibiles, immaculatos; ut quisquis viderit eos, stupeat, & dicat: Hi omnes sunt dii, quorum talis est conversatio. Ita se homo Dei exhibere debet....... ut vere in eo propheticum illud impleatur: *Fauces plenæ dulcedinis, & totus desiderabilis ....* cujus in pectore malitia non habet locum, cujus in pectore sola pietas consistit, & bonitas; qui neminem novit lædere, & nocere,

§§ sed

(1) Par. II. c. VIII. (2) C. XX. 13.

sed omnibus opem ferre (1): quòd si non potest, dolet: „ *quemadmodum, siquando id Tibi accidat, affligi Te, & quasi spinis compungi, probe novimus.*

Hæc vero magna cum sint, haud quidem tanti a me fierent, si a tenui aliqua radice, si quidem fieri id possit, originem ac succum ea trahere, animadverterem: verum enim vero, fluxæ innixæ radici, Jonæ Hederæ constans vitæ Tuæ ratio nullatenus est conferenda; sed Arbori, qui plantatus in Domo Domini, a *Divina illa Sapientia, quæ solemnem precem Tuam:* Veni Sancte Spiritus, *in dubiis præsens aspirat, inter electas totius Ecclesiæ Arbores* radices *misisti. Et hujus omnino Divinæ Sapientiæ favore, ac influviis ut semper gauderes: illi a primis annis Considerationi assuevisti, de qua tot, ac tam præclara ad Eugenium suum prædicabat olim Bernardus* „ Ad omnia, *inquit adhuc*, valet, id est pietatem..... Quid sit pietas quæris? Vacare Considerationi. Dicas forsitan, me dissentire ab illo, qui pietatem definivit, Cultum Dei. Non est ita..... Quid tam pertinens ad cultum Dei, quàm quod ipse hortatur in Psalmo: *Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus*....... Quid denique tam ad omnia valens, quam quæ ipsius quoque actionis partes, benigna quadam præsumptione, suas facit, præagendo quodammodo, & præordinando, quæ agenda sunt.... Et primò quidem ipsum fontem suum, id est mentem, de qua oritur, purificat Consideratio: deinde regit affectus, dirigit actus, corrigit excessus, componit mores, vitam honestat, & ordinat.... divinarum pariter, & humanarum scientiam confert.... Ibi etiam advertere tibi est suavissimum quemdam con-

(1) Fastid. lib. de *Vita Christiana* ad calcem to. VI. Oper. August.

concentum, complexumque Virtutum (1). ,, *Quam rursus, tot bonorum fecundam, Considerationem sic amicam a juvene, imo a puero dixisti, ut, negotiis modò Diœcesis Tuæ expediendis, præsto Tibi adsit: seu solus respondeas; seu aliis, qui consilio præstant, in deliberationem adhibitis, quid tandem tenendum sit, maturo judicio pro potestate constituas.*

Consulto vero, ac de industria minora Tua rememoro: nempe ut ab iis Sapientiæ Tuæ ætatem, atque adeo Arboris, cujus gratissima protectione exornor, & corrobor, radices profundissimas pro virili mea commendem. Nec difficile id quidem fuerit, Angelorum, quibus cælitus, cùm Tui, tùm certarum Ecclesiarum cura commissa est, studium in omnibus viis tuis *observanti; & cujusque quidem illorum studium, pro diverso sibi divinitus imposito munere, secum ipsis pugnantium, varium ac diversum, erga Te. Servata enim inter Angelos pace, certas de Candidatis suis, Ecclesiis, Provinciis, Regnis &c. inter eosdem esse pugnas, ex Sacris Codicibus non ignoramus. Igitur inter Custodem Tui Angelum, & præclarissimæ Anconitanæ Ecclesiæ Tutelarem pugnatum olim de Te fuit: & obtinuisse quidem victoriam Ille visus est, dum Te Ignatio (charum Tibi semper nomen, ac venerabile), occluso Dignitatibus aditu, Filium adscripsit. Re tamen vera haud aliter Anconæ Angelus cessit, quàm accepta prius divinitus significatione de nobis (Te enim pristino Achitob glorior) Regulari vinculo liberandis: quo videlicet tempore de Ecclesia Anconitana per Te, ad Ejus votum, illustranda, rationem habendam, intellexit. Certe quidem ubi a Doctrina, a Virtutibus, a Disciplinis Juventuti cum pietate traditis, a Regularibus Gubernniis, ea jam ætate, majorum præludio, obitis, Domum Patriam*

§§ 2

(1) Lib. I. de Considerat. edit. cit. p. 129.

triam spectatissimus repetisti; Canonicum Pœnitentiarium Te, accedentium (haud vana est conjectura) summo bono, gaudens primùm vidit. Deinceps Tuis Illustrissimis Collegis maturitate, solertia, ac gravitate judicii adeo Te probasti, ut illa Episcopali Sede vacante, omnium omnino suffragiis, Vicarius Capitularis ab Iis delectus fueris. De cujus præstantissimi muneris sapienti administratione ad Summum Pontificem PIUM VI., feliciter regnantem, fama perlata, de Te viduatæ illi Ecclesiæ præficiendo, Anconitano Angelo suggerente, haud temere crediderim, deliberare cœpisse: cessurum, nisi me omnia fallunt, communibus nobilissimæ Civitatis, ac totius Diœcesis votis; ni Faventinæ Ecclesiæ Angelus intercessisset; qui diuturnum totius Diœcesis, Capituli Vicario Jure, Regimen cum Pro-Vicariatus accessione pro Eminentissimo Successore, Tutelari Anconitano pro Episcopatu adnumerans, Divinum Numen, ut sibi annueret, tandem effecisset. Sed Faventiæ Angelus caveat, & provideat, ne novus aliquis (innocentem jocum εὐτράπελος permittes), in adjutorium *aliis accitis, de gratissima possessione se deturbet.*

Εὐτράπελος hic ex vero te dixi, ut gradum mihi facerem iis, quæ, causæ meæ promovendæ, reliqua id loci apud me sunt. Talis enim es, Sapientissime Præsul, talemque Te præstas, ut non una dumtaxat, sed multiplex, a multiplici flore, fructu, odore, dulcedine, acuminibus, Arbor videare. Id quod plane a divinis in corde Tuo illius Sapientiæ insitionibus provenit; cujus præstantia, pulchritudo, utilitas, elegantia, celsitas, altitudo, vis, ac perfectio differentium Arborum virtutibus, ac proprietatibus, ut aliquatenus percipi possint, exprimi amant. Hoc imbutus sensu Ecclesiasticus de Ea, deque iis (proportione utique accommoda) qui Ipsius communicatione antecellunt: ,, Quasi Cedrus, *inquit*, exaltata sum in Libano, & quasi Cypressus in monte Sion ....

Qua-

Quasi Palma ..... Quasi plantatio Rosæ in Jericho: quasi Oliva ..... Quasi Platanus .... sicut Cinnamomum, & Balsamum .... Quasi Myrrha electa..... Quasi Storax & Galbanus, & Ungula, & Gutta & quasi Libanus non incisus ...... Quasi Terebinthus ...... Quasi *denique* Vitis fructificavi suavitatem odoris &c. (1). ,, *Re etenim vera quis dubitet, quin præstantiore gaudeat sapiens vir perennitate, rectitudine, vincendi, ac superandi vi, odore, suavitate, umbra, ac salutari virtute, quàm a Cedro, a Cypresso, a Palma, a Jericuntbina Rosa, ab Oliva, a Platano, a Cinnamomo, Balsamo &c. &c &c. afferi, afflari, aut significari perfecte queat?*"

Si itaque qualicumque Opusculi mei tenuitati a Tuæ virtutis afflatu, attactuque nedum gratiam ac efficaciam, quod solum in votis fuerat, sed perennitatem &c. &c. conciliandam etiam, hìc dixerim: temeritatis argui, non potero. Extant quidem eminentes petræ ex utraque Parte, & quasi in modum dentium scopuli hinc inde prærupti .... unus scopulus prominens ad Aquilonem.... & alter ad Meridiem (2): *sed Te susceptæ velitationi bene apprecanti, fore, confido, ut cuncta ex sententia succedant. Jonathæ quidem hìc recordor: velitationem suam Patre & Populo clam aggressi; at Jonathæ Pater, atque adeo Populus, tantum non ejus consilio favissent; quin etiam impedituri crederentur. De Armigero vero Deus providit: huc ex Hostium Castris non ignobili juvene (Wilhelmus Fayett ei nomen) per hos dies, de more, adducto; qui de Fidei Catholicæ veritate intime, Dei dono, persuasus; quibus armis devictus est, paratum se mihi exhibuit fidum comitem. Et hoc quidem recens ab abjuratis Calvinismi ac Naturalismi*

(1) Cap. XXIV. a v. 10. (2) Lib. I. Reg. XIV. 4. 5.

lismi erroribus in hoc Sancto Officio; nec illi hactenus impositis, quod, firmiter profitendæ Fidei, desiderat, in Chrismatis Mysterio sacris manibus. Quibus dum se rite parat, consultius fore existimavi, ipsius, quia heri venit, *animum dumtaxat ac desiderium, ad exemplar seductis objectum, in acceptum referre.*

Parco pluribus, quæ apud me contineo, Pastor tolerantissime; aliquid enim modestiæ Tuæ dandum est. Non ita vero continere me possum, quin quantum in Te, ac in Optimis quibusque Pastoribus, Populis, in Fidei Unitate consistentibus, bonum ac præsidium constitutum sit; conversis modò animis in proscripti (heu!) Gallicani Cleri proprio cruore, Deo placando, testatam, in Fide ac sollicitudine constantiam; omnium oculis commonstrem. Nempe: sicut fragmen mali punici ita genæ tuæ, *O Ecclesia!* (1) *cujus* facies ..... sunt, qui in locis Regiminis positi, apparent primi, ut ex Eorum specie sit honor Populi, etiamsi quid in corpore lateat deforme (2); *deforme, inquam; neque enim Tu, aut felicissimus quilibet alius Pastor* ad omne sufficiens. Aliquid profectò Tuo relicturus es Successori, *ajebat Bernardus ad Eugenium, &* ille aliis; alii aliis usque in finem (3).

Verum ut sua etiam Christiano Populo in Fidei Unitate persistente, pro constantiæ merito, sit laus: opportune adest V. Beda in laudatum nuper Canticorum locum ,, Malum, *inquit ibi*, Punicum magnam granorum copiam uno foris cortice includit: quæ quidem, integro adhuc Malo, videri nequeunt; sed fracto, quam sint innumera clarescunt: sic etenim sancta Ecclesia, quò amplius eam frangi adversis contigerit, eò clarius, quot virtutum grana, unius Fidei tegmine, com-

(1) Cant. IV. 3. (2) S. Gregor. XIII. Moral. c. II. (3) Lib. II. de Consid. p. 131. fol. vers. col. I.

complectatur, reserat (1): Unius, *inquam*, Fidei tegmine, quid *enim* per Mala Punica, *expositore M. Gregorio*, nisi Fidei Unitas designatur? Nam sicut in Malo Punico, uno exterius cortice, multa interius grana muniuntur: sic innumeros Sanctæ Ecclesiæ Populos Unitas Fidei contegit, quos intus diversitas meritorum tenet (2); „ *ac ita quidem stricto charitatis ordine tenet, servatque: ut non tantum Populorum numerus, sed illorum pulchritudo a Mali Punici granis apte significetur* „ Pro Malo *siquidem* Punico (*intus scilicet considerato*) Charitas intelligitur: quandoquidem sub uno ejusdem Mali cortice multa sunt grana, ita mutuò inter se coacervata, ut se vicissim (*ab ordinata charitate*) non comprimant (3) „ .

Hinc quævis particularis Ecclesia Paradisus ille est, a Romana Ecclesia, Omnium Ecclesiarum Matre, plantatus, ac universali sollicitudine per Missos vigilantissimos Cultores custoditus ac excultus; de quo in Canticis dicitur: Emissiones tuæ Paradisus Malorum Punicorum cum pomorum fructibus (4); *ubi* quot *videmus* ordinata Collegia, tot.. velut Mala Punica *intelligimus* (5). *Jam quibus temporum circumstantiis de his Malis Punicis, imo de totius Diœcesis Tuæ Paradiso provincia gravissima data Tibi sit, probe agnoscis: iis videlicet calamitosis temporibus, quibus a fraudulento, ac seditioso libertatis, hoc est, licentiæ illicio, Fidei Hostes eò fraude, opibus, armisque collineant, quò furiosi agricolæ studium ac contentio tenderet, qui Mala Punica omnia in partes dividi, diffringi, disrumpi omni ope sollicitaret; superiorem coronam ferociter abjiceret, corticem exteriorem morderet, dilaceraret, donec ei dentes præ hebetudine obtunderentur. Hæc illi. Tu*

vero

(1) V. Beda in Cant. c. IV. 3. (2) Part. II. Reg. Pastor. c. IV. (3) Theodoret. in Cant. IV. 13. (4) Cant. IV. 13. (5) Bernard. Serm. XXXV. in Cant.

vero, contrariis omnino studiis, ac sollicitudinibus, quod antiqui Pontificis veste, Malis Punicis cum Aureis Tintinnabulis pulchre ordine circumornata, adumbrabatur, (1) nobis constanter exhibens: ita Ordini, cui praes, servando, & per Te, & per idoneos Ministros invigilas, ut tamquam si cum delicatis Malorum Punicorum granis Tibi res esset, aureis verbis, omni serico, aut interula ipsa Malorum Granatorum tunica suavioribus (dum hac via, quemque in officio, velut in capsula sua, continendi finis obtineri potest) insistis. Quidni igitur ardentioribus in dies studiis pro incolumitate Tua vota faciamus?

IN-

(1) Exod. XXVIII. 33. 34. *Ibi*: Deorsum ad pedes ejusdem tunicæ per circuitum, quasi Mala Punica facies ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, mixtis in medio Tintinnabulis: ita ut Tintinnabulum sit Aureum, & Malum Punicum, rursumque Tintinnabulum aliud Aureum, & Malum Punicum.

INDEX RERUM.

Romanus numerus Commentariolum designat; Dissertationem arabicus.

A

ABailardo hodierni Pseudo-Philosophi similes: qua laude? nn. 124. 126.

Æqualitas, quam sequuti sunt sapientis Regiminis Constitutores, n. 108. Hodie jactata, *Anti Nationalis*, &c. ostenditur n. 107. cum suis Adnotat. Quàm semper turbulenta, nec semel ipsis Auctoribus cum Populo exitiosa, a n. 91. Ejus ambitiosus spiritus quò præcipitet? n. 90. V. *Charitas*.

Amicitia quid sit? n. 116. Quæ cui præstet? n. 111. Quantum vera Rei Publicæ bonum, n. 102. Qualis inter improbos? nn. 103. 112.

Anabaptistarum turbæ hodiernis similes, n. XXII. Eorum Rex, clades, & supplicia, nn. 93. 94.

Anarchia, maxime Ecclesiastica, quid concedat? p. 94. vers. fin.

Anarchica ordinum confusio quid tulerit? n. II.

Antinomorum parens quis audiat, & quare? p. 62. adnot. (3). Non sunt *sub Gratia*, n. 84. Eorum impugnatio §. II. & seqq. a pag. 62. V. *Lutherus* & *Calvinus*.

Antiphilosophia qualis propagationis cupida? n. 62. In rebus angustis quàm infirma? nn. 75., & 78. sub fin. & 135. V. *Ethica*, *Increduli*, *Illuminati*, *Atheismus*.

Atheismus: quodnam ejus hodiernum consilium? n. 69. V. *Illuminati*.

Augustinus: quid eum in Ecclesiæ gremio tenuerit? p. 35. in adnot.

B

Babel turris una, an plures? p. 77. in adnot. (2).

Babylon a Pseudo-Constitutore *Nemrod*, novo cultu ac politia inductis, oppressa, pag. 76. adnot. (2). V. *Nemrod*.

Bayle: ejus de Lutheri *Colloquiorum Mensalium* editione posthuma sententia. pag. 61.

Bella servilia: eorum exitus exitialis auctoribus, & sequacibus, a pag. 118. in adnot.

Bellum Rusticum. V. *Plebs Germanica*.

Bonorum Ecclesiasticorum rapina populis quàm exitiosa, n. 65. V. *Signa*.

C

Cabassutius cl., in ejus *Notit. Concilior.* edit. Venet. 1759. gravis error notatur, sive Typothetæ, sive alterius fuerit, p. 56. in adnot.

Calvinus Antinomus, pag. 61. V. *Lutherus*.

Canones, unde illis firmum robur, pag. 48. in adnot. §. penult.

Charitas erga Deum: ejus excellentia, & dotes, n. 105. Erga proximos: ejus norma, generalis amplexus, indoles, ratio, n. 104. Anti-Evangelica in eam doctrina impugnata, a n. 105. Illius spiritus ac sollicitudo, ut omnes, a communibus invicem, ceu unius corporis partibus, affectionibus, nedum æquales, sed unum reddat, a n. 117. Detrimentum passum ab ejus inobservantia, nn. 105. 118. Ab eadem remedium, nn. 116. 118.

Christianos miseros dicunt Impii: quare? a n. XXIX. Ubi, quando, & qui miseri? nn. XXXII. XXXIII.

Christus Dominus, hoc est, Deus, n. 54. Legislator, n. 55. & seqq. Ejus doctrina, ceu maxime Rei Publicæ salutaris, ab hujus Constitutoribus audienda, n. 58. Ipsi repugnant, eumdemque qui *solvunt* om-

omnes Hæreſes? a n. 28. Suam Miſſionem perſpicue oſtendit n. 42. V. *Intruſi*, & *Eccleſia*.

Cinquanta Ragioni Opuſculum: ejus argumentum, & occaſio, pag. 26. adnot. (1).

Club anglice, latine globus: unde præſens emiſſus? n. 146. cui ex antiquis globis perſimilis? n. XXXIII.

Communionis ad Sum. Pont. *litteræ*, ab Intruſis miſſæ, obiter exploſæ, n. 17.

Conſtitutionis Nationalis perverſitas, n. 62. Indoles, exitus, Ariſtotelis ſententia; a n. 108. Quævis aptanda hominum præhabitæ conditioni; non quivis cuivis Conſtitutioni, n. 110.

Conventio Nationalis græce *ethnica*, n. 66.

Corpus: mutua inter ejus partes officia præclariſſimam officiorum erga alios doctrinam ob oculos ponunt, n. 119.

Corpus politicum & Sacerdotium non duas, aut plures, ſed unam dumtaxat Rempublicam Chriſtianam efficiunt, n. 117.

Cyprianus S.: ejus celebris locus de uno Epiſcopatu exponitur pag. 36. adnot. (1).

D

Democratia, unde orta? n. 108. In ea, ſi pura ſit, ubi nemo præſit, ordo nequit intelligi, ibid.

Dionyſius Magnus S., ſapientiſſimum ejus reſponſum Intruſo Novatiano n. 84. ſub fin. Accuſatus de hæreſi med. ſec. III. recurrit ad ſedem Apoſt., ibid. Non fuit *fons Arii* ibid. in adnot.

Diſciplina circa Epiſcoporum electionem confirmationem, & conſecrationem, quàm gravibus cauſis obtineat, pag. 48. in adnot. a §. *Jam*.

Diurnus liber Rom. Pontif., de eo pag. 47. adnot. (1).

Dominationis contemptus hæreſi familiaris pag. 59.

Druidæ, nationales ſacerdotes, quod olim iis jus apud Gallos? n. 68.

E

Eccleſia, ubi? n. 31. De ejus Regiminis Oſtio, & de Summi Oſtiarii clavibus a n. 14. & a n. 33. Ipſi jus in Novatores inquirendi n. 38. Ejus doctrina unde haurienda? n. 55. Quam neceſſario amanda, n. 141. V. *Epiſcopi*, *Intruſi*, *Religio*.

Egaleurs, qui ſec. ſuper. ſic dicti? a pag. 59. ſub fin. Quis eorum exitus? pag. 60.

Ethicæ ſacræ origo, progreſſus; dotes, pretium a n. 121. *Evangelicæ* excellentia, nn. 135. 138. Philoſophis incognita, n. 136. J. C. ſermone in Monte continetur, n. 131. Ac in ipſo Chriſto, n. 134. *Naturalem* caſtigat, n. 139. Ad *Evangelicam Naturalis* exigenda; non contra, a n. 124. *Philoſophica*, cur *Fabula* appellata? n. 120. Suus huic *Orizon*, qui Fidei veluti *Teleſcopio* prætergreditur, n. 137. Ab Heterodoxis periculoſa & noxia: quare? n. 129.

Ethnicos ſive *Nationales* Philoſophos antiquos Nuperi qua pœna unice laudent? n. 126. Quibus illi moribus, Ibid. in Adnot. Quæ eorum ſententia de veritatis inventione? n. 130.

Evangelium Luthero turbulentum pag. 59. ſub med.

Epiſcopi: quibus obediendum? n. 20. Neceſſaria ex omni ætate eorum approbatio, & facultas ad docendum in Eccleſia a n. 35. Quæ fuerint veterum per Galliam partes reparando Ordini, Normanico furore deleto, a n. XV. Hodierni laudati p. 66. in adnot. V. *Intruſi*.

Encyclopediſtæ, præſentis cataſtrophæ molitores, caſtigati n. V. & a n. 105.

F

Fabula, V. *Ethica*.

Fabulatores, qui? n. 180.

Felicitas vera unde? a n. 64.
Fides, ejus hostes Qui? Qui non? n. 4. & seqq. Quanti momenti de illis agnoscendis tractatio, nn. 3. 4. 32. V. *Signa*, *Hæresis*, *Hæresiarchæ*.
Fortitudo vera, unde petenda? a n. 71.

G

Gallia, ejus miser olim status, nn. IX. XV. miserior hodiernus, nn. XXXIII. 73. 91. V. *Illuminati*.
Genevefæ S. Templum quieti *Megalandrorum* infestum, quare? pag. 150. in adnot.
Gnostici hodierni, qui, & cui similes? n. 139.
Gratia Spiritus Sancti: quæ ejus partes, & virtus in Lege N. T. n. 78.
Gratitudo Catholicorum in Principes ipsorum Protectores catholica significatur, n. 142.

H

Hæresiarchæ, & iis similes, num *Magni Homines*? n. 143.
Hæresis lepræ comparata, n. 53. Quomodo, & per quos sananda, ibid. Multiplex hodierna in anterioribus ætatibus prædamnata, pag. 94. in adnot. Ejus malitiæ gravitas, a n. 24. Veritatem se nominat, n. 148.
Hæretici; qui ~~*formales? qui Materiales*~~? a n. 5. Quæ hic cum istis agendi ratio observata, ibid. & n. 12.
Helvetorum olim sagax consilium, n. 97.
Hostes Fidei, V. *Fides*, & *Signa*.
Humilitas. V. *Veritas*.

I

Ignorantia in Fide, quæ inculpata? quæ non? nn. 7. 12. Ejus apud Protestantes pro diversitate temporum status diversus, pag. 28. in adnot.
Illuminati (*pseudo*) hodierni: quis eorum scopus, media, dogma? nn. V. XX. XXI. 69. 80. 107. 112. 120.
Impietatis præsens grassatio, Christianorum omnium communionem accelerare, nata est, n. 142.
Inæqualitas inter homines Divinæ Providentiæ argumentum, n. 91.
Increduli, cur simul creduli? n. 128.
Infelicitas, V. *Felicitas*.
Innocentii X. solemnissima protestatio, pag. 60.
Intolerantia quorumdam librorum, ac certarum Personarum quàm sapiens ac salutaris, n. 144. & seqq.
Intrusi in Galliis cur? n. 80. Eorum status quàm precarius, ibid. Redarguti, n. 74. Spes de ipsis, n. 81. & a n. XXXV. ad XLI.
Joannes Baptista S. quam falsa & sacrilega Novatorum cum ipso comparatio, a n. 40.
Juramenti, dicti *civici*, nulla vis, n. 100.
Juramentum Episcoporum Rom. Pontifici, quale? pag. 48. in adnot. §. ult.
Jus Naturæ, & *Publicum* cet. quo damno ejus addiscendi causâ ad Heterodoxorum disciplinam filii Catholicorum missi, n. 11.

L

Levellers, V. *Egaleurs*.
Lege a Deo ligari, quanti æstimandum, n. 68. Cur Anti-Nomus id detrectet? ibid.
Lex N. T. quantum, & quàm sanctè propagationi, libertati, felicitati cet. faveat, a n. 58.
Lex Levitici c. XIII. de Leprosis illustratur, pag. 67. in adnot.
Liberatores quinam imitandi, n. 101.
Liber: *Della Proibizione de' libri di A. A.* prohibitus, pag. 151. in adnot.
Libertas, ubi? n. 63. Evangelica, quæ? a n. 82. Ejus indefinita promissio Hostium Fidei tessera, a pag. 61. Quis istius fructus, nn. 63. 92.
Lutherus, quæ ejus cum gregalibus in Christum Fides? pag. 39. & seqq. De Schismate ejus sana, & insana sententia, n. 84. Crimen de inducto nulla excusatione eluitur, ibid.

Ejus blasphemia de æqualitate fidelium cum Dei Matre, n. 90. Ejusdem de libertate Christiana pravissima idea, n. XXIII. & 54. Unde cum criminis sociis in ovile Christi ascenderit, a n. 15. Ab scripturis? A Christo? Apage. Ibid.

M

Mandatum Apostolicum expressum omninò necessarium Episcopis consecrandis n. 38.
Meriti, & quidem inæqualis, ratio optime componitur cum hæreditate ex Christi meritis, a n. 88.
Mirabeauui expressa imago, pag. 149. in Adnot.
Miracula a Novatoribus non postulamus, & quare? n. 49. Jactatum de celeri propagatione pro *emissione* lutherica irridetur, a n. 43.
Missio omnino necessaria, a n. 14. Quævis extraordinaria, ipsi annuntiandæ veteri doctrinæ, *Dexterâ Societatis* a Superioribus Ecclesiæ, exemplo Pauli, præfulgere debet, n. 34.
Monialium olim per Sueciam &c. constantia, ac se tuendis a vi ac seductione industria pag. 155. in Adnot.
Moshemius castigatus pag. 35. Adnot. (1) S. *Hac*, & pag. 37. Adnot. (1).

N

Nabuchodonosor. V. *Atheismus*.
Natio, quid græce, sub n. 66.
Neckeriana procella n. II.
Nembrod qualis fuerit, sub n. 74. Quo sensu *robustus venator coram Domino*, ibid. (1). Quam ei similes hodierni venatores contra Dominum, ibid.
Novatores. V. *Dionysius*, & *Cyprianus*.

O

Obedientia Ecclesiæ debita, n. 84. & seqq. Principibus, nn. VIII. XIII. XVIII. 68. 85. 89. 142.
Ordo, quid? pag. I. Ejus laudes a Deo auctore &c., utilitas, pretium, virtus, a n. I. ad V. Quotuplex inter homines? n. V. Pro ejus incolumitate quid faciendum, patiendumque, a n. VII. Ei *humanum* jus cedat, necesse est, a n. I. Qualis in præsentia non *nascitur* vel obstetricatus, sed abortitur, V. *Neckeriana procella*, *Illuminati*, & passim alibi. Ejusdem Perturbatorum quantum crimen, n. VII.
Origenes triumphum non agit ob favorem quorumdam Episcoporum contra reliquos, qui ejus cum Rom. Pont. condemnationi acquieverant n. 36. Necessitatem facultatis ab Ecclesiastica potestate ad Verbi Dei prædicationem agnoscit, ibid.

P

Parisii, V. *Babylon*.
Pascha in Unitate Ecclesiæ, seu in Una domo, tantum celebrandum pag. 21. Ad id invitati sæpe Acatholici, & hac, nunc temporis, opportunitate, nn. 142. 151. &c.
Patientiæ Christianæ supra Philosophicam laus, a n. 132.
Pax, unde? nn. VI. XL.
Pax Religiosa, & *Westphalica*, V. *Innoc. X.*
Persecutionis adversus Episcopos, Clerum, Monasteria, ac Nobilitatem exitus cruentissimus plebi, & concitatoribus n. 94.
Petrus S., quæ sit Clavium potestas Ipsi, tamquam Christi Vicario, atque adeo ejus Successoribus, commissa, declaravit, n. 23.
Philosophi vera idea, n. 137.
Plebs Romana, æqualitatis spiritu olim tumida, opportuno de membris humani corporis apologo, tumorem ponit, n. 113. *Germanicæ* clades, V. *Persecutio*. *Gallicana*, utpote *christianissimæ* (cum Cathechismo) proponitur Christus Jesus, hæreditate sua ibidem loci amissa, nn. 114. 139.
Pœnitentia suadetur, nn. 70. 74.
Pontifex Summus, quomodo ad Ecclesiæ ostium a perpetua successione excu-

excubet, a n. 18. Quales ei claves Christus tradiderit, ibi n. 19. Quæ ejusdem Potestas, n. 22. & seq. &c.
Pontificale Romanum de ejus antiquitate, & usu, sub n. 38.
Pontificatus Romanus, & Pontificatus Ecclesiæ Catholicæ non sunt duo Episcopatus, sub pag. 23. §. Quum.
Potestas in Sacra, cur ad Principes inter Heterodoxos delata? n. 87.
Principes vices Dei gerunt in terris in ordine suo, n. XIX. V. *Obedientia*. Calamitates Rei-Publicæ, quibus, tuendo ordini, sapienter tribuendæ, a n. X.
Propagatio, V. *Lex N. T.* & *Anti-Philosophia*.
Protestantibus brevior indicatur methodus agnoscendo errori, & veritati inveniendæ, nn. 10. 142.

R

Ratio, ubi tuto sequitur, n. 129. V. *Ethica*.
Regimen ordinandum, considerato Gentis ingenio, n. 98. Gallicanæ Nationis propensio ad Monarchicum; ibid. Hoc, præsentibus ibi moribus, magis necessarium n. 99.
Regna Catholica ad gloriæ ac virtutis firmum fastigium quomodo pervenîant, nn. 79. 116. 129 &c.
Regnum spirituale Ecclesiæ *Catholicæ immobile* est, n. 84. Qui illud loco movere, & secum deferre conati sunt, irridentur, ibid. Quanti ipsum faciendum, n. 66.
Religio: quæ ejus erga ordinis salutem & restaurationem partes, a n. VI. & XXXIV. V. *Episcopi*. Ejus sollicitudo de officiis Populi erga Principes, n. XVIII. V. *Obedientia*. Statibus legitimis contra *Rousseau* & gregales amica, ibid & a n. XXIV. Ipsius Ministrorum summa utilitas, ac necessitas, a n. 75. &c.

S

Sacerdotio gentico quantum Rom. Imperium detulerit, n. 67.
Sacramentarium Ecclesiæ Rom., cui tribuendum, pag. 47. in adnot.
Saturnaliorum libertas, ac æqualitas, nn. 92. 106.
Servitus Christiana, quàm nobilis, a n. 88. V. *Obedientia*.
Schisma, V. *Lutherus*.
Scriptura sacra: quid fiat, ut Hæretici per eam intrare videantur, n. 15.
Signa Hostibus Fidei agnoscendis a Sedium Episcopalium, ac bonorum Ecclesiæ occupatione, a Cleri trucidatione, & expulsione, ab Intrusorum immissione, ab emigrantium fuga, a libertate absolute adpromissa &c. &c. &c. hac illac per 101. Differt.
Spartacus antiquus, sub n. 112. *Hodiernus*, ibid., & sub n. 107.
Spes de Catholicæ Religionis & veteris Regiminis triumpho per Galliam, sub n. 62. & n. 100.
Spiritui privato philosophico quantum ab Incredulis deferatur, a n. 125.
Status: quibus constet, n. XVI.
Successionis ab Apostolis in Ecclesia perpetuitas, Dei opus n. 20. Ejus bona, ibid. & seqq.

T

Tabernaculum antiqui Fœderis multimodis Ecclesiæ Unitatem portendit, n. 75.
Testimonianze delle Chiese di Francia, Rom. Collect. laudata, sub n. 62.
Thomas S. Ep. Cantuar. ejus primùm labefactata constantia in Causa hodiernæ per Galliam simili, n. XXXV. Ejusdem deinceps pœnitentia & robur, a n. XXXVI.

V

Veritas: inveniendæ via pag. 59. sub init. & 133. Qui ipsam frequentius lædant, n. 148, sub fin.

Vestimenta ovium, Hostium Fidei signum, quæ, n. 13. Quomodo in his præfulserint Calviniani Pseudo-Pastores, ibid.

Unitas Fidei, Regiminis, Charitatis quam vim habeat firmandis animis, n. 75. Votum pro eadem ubique, n. 8.

Z

Zelus Catholicus displicet Fidei Hostibus, a n. XLI.

Zwinglius moritur in prælio falsus Propheta n. 97.

PROSPECTUS

Partitionum totius Velitaris Differtationis.

§. I. *ARgumenti utilitas, mitisque agendi ratio cum iis, qui ab educationis præjudiciis in errore verfantur.* Pag. 21

§. II. *De Divino figno a fructibus.* p. 27

§. III. *Signum iterum a fructibus ab Apoftolorum Principe, & a Gentium Apoftolo recenfitis: cum ampliori precedentium illuftratione.* Pars I. p. 43

PARS II.

Argumenti propofiti continuatio, recente Saturnalium fructu cumulata. p. 57

§. I. *Signa ex Epiftola II. Petri c. II exhibet.* ibid.

§. II. *Occafione ultimi figni, a Petro his verbis accepti:* Libertatem illis promittentes, *Chriftum contra Anti-Nomos Legislatorem demonftrat; ejusdemque legis maximam utilitatem, fummumque, ea abjecta, damnum.* p. 62

§. III. *Veræ hominum libertati, felicitati, æqualitati ac fortitudini, una Catholica Religio profpicit.* p. 69

§. IV. *Catholicæ Religionis fenfus exprimit, Chriftianorum fortitudini roborandæ contra hodierni Atheifmi ferociam, carptim perftrictis in Ecclefiarum regimen, & Animarum curam Intrufis.* p. 73

§. V. *Unde Catholicæ Ecclefiæ Miniftris vox tanta virtutis? Quam fruftra expectaveris ab Intrufis, & Pfeudo-Philofophis.* p. 78

§. VI. *Procul amandatis famofæ Conftitutionis Auctoribus cum fuis Intrufis, de DD. Proteftantibus fpe concepta, quibus fub libertate evangelica limitibus humana libertas contineatur, docet.* p. 82

§. VII. *Deo obeditur, cum legitimis Poteftatibus, Ecclefiaftica & Seculari paretur: inæquali apud Illum merito pro diverfitate obfequiorum.* p. 88

§. VIII. *Pro libertate evangelica cum patienti inæqualitate (providentissime a Deo constituta & a Christi doctrina confirmata) conjuncta pugnat: funestissimis ab Historia exemplis, Perturbatoribus, ex causa simili, ad terrorem præmonitis.* p. 95

§. IX. *A vulgi, quo egent, inconstantia, studiis, ac necessitate, denique agnoscenda, ut sibi Perturbatores consulant, monet, deposita ab iniquo juramento fiducia.* p. 104

§. X. *Impiorum conatus destruendi Nationes, dum eas exaltant, Charitati Christianæ uno socialis amicitiæ glutine substituto, manifestat.* p. 107

§. XI. *Jactatam* æqualitatem (*veram* exsuperantiam) *cum pacta amicitia eviscerat; & quæ inde gravissima damna, prodit.* p. 114

§. XII. *De vera Æqualitate a Charitate Christiana; & de hujus efficacia, tuendæ, restaurandæque politici corporis saluti, tractat.* p. 121

§. XIII. *Sapientiæ fons salutaris in Ecclesiæ sacra Ethica sub Petro; minime vero in Ethnicis, hoc est, Nationalibus, sive antiquis, sive modernis.* p. 127

§. XIV. *Adumbrato utriusque Ethicæ parallelismo, Christi doctrina triumphat.* p. 136

§. XV. *Pro Christiana Ethica, & Christianis Philosophis contra Antichristianos, & eorum Ethicam denuo certat.* p. 142

§. XVI. *Catholica Ecclesia audienda edicitur adversum* Magnos, *quantum volueris,* Homines, *Sectarum, Partium, Rebellionum, Constitutionum auctores, promotoresve.* p. 146

Clausula. *Agnoscendis Fidei Hostibus signa, ab Apostolo accepta, recenset: repetito ad Unius Eucharistici Convivii communicationem sincero invitamento ad Eos, qui Uno nobiscum Baptismo ad illud præparantur.* p. 154

COM-

COMMENTARIOLUS PRODROMUS

PRO CHRISTIANÆ REIPUBLICÆ

ORDINE.

,, Ordo est: Parium dispariumque rerum, sua cuique loca tribuens, ,, dispositio. *Aug. l. XIX. de Civ. Dei C. XIII. n. 1.*

,, Vos in libertatem vocati estis, fratres; tantum ne libertatem in ,, occasionem detis carnis. *Galat. V. 13.*

,, Seditiones & perturbationes in Ecclesia faciebant, qui videbantur ,, esse in Ecclesia, quod non erant .... *Non est seditionis* ,, *Deus, sed pacis* (I. Cor. XIV. 33.) *Aug. epist. CLXIX. n. 2.*

I. DEum Opt. Max. *Omnia in mensura, numero, & pondere* dispofuisse, atque adeo paria cum imparibus aptis in locis amico nexu collocasse; nedum ex divino sapientiæ oraculo discimus (*Sap. XI. 2.*), sed ipso fere sensu deprehendimus. Ex justis vero, & ad finem cujusvis rei accommodis *pondere, numero, & mensura causantur*, ait Angelicus Doctor ex Augustino *Modus, species, & ordo (S. Th. I. p. q. V. art. V. arg. 5.)*: a quibus in universi creatione *valde bona* cuncta ab ipso creatore Deo, vel certe Dei Spiritu a Moyse pronunciata sunt: quippe *ubi* (illa) *magna sunt, magna bona sunt; ubi parva sunt, parva bona sunt; ubi nulla sunt, nullum bonum est (Aug. l. de natura boni C. III. p. 502.)*. Inter eadem autem tria, a suo cuique parti loco tributo servatoque, Ordo quammaxime elucet; remque ipsam modumque tuetur: ipsoque salvo permanente, cum illa damni aliquid passa fuerint, a partium servata conjunctione, communicatis invicem auxiliis, tandem integrantur. Crucietur, fingamus, vehementissimis doloribus *oculus*; ei e proximo respondeat molestissima in naso prurigo: si oculus, si nasus, ut *quod suum est tueantur*,

vinculum societatis, quo stat corporis ordo, cum aliis ejus partibus ruperint, *commodum ex ea re tamen nullum erit. Contra hoc servato; ut illa maxime patiantur, fovebuntur tamen, sanitatique restituentur.* (*Chrysost. hom. XXXI. p.* 129. *to. IV. edit. Venet.* 1549.)

II. Atque hinc plane cum rem ab optimo ordine laudaveris, ejus laudationis numeros fere explevisti: rursus cum *omnia*, ex Apostoli præcepto, *secundum ordinem* facta fuerint (*I. Cor. XIV.* 40.), quod in iis desideres perturbationi vitandæ, reliqui erit nihil. Contra vero si extrema misces mediis; ima summis; atque adeo si in iis, quæ volvis animo, quæ præfers, aut posthabes; quæ fugis aut persequeris; quæ moves aut promoves, probatissimo per secula Deo auctori ac hominibus Ordini: cogitatione, studiis, consiliis, animique ac corporis viribus tantum haud faves, ut iisdem potius coneris ipsum perturbare, ac penitus corrumpere: ut nempe veluti in *Neckeriana* statuum procella, ac Ordinum anarchica confusione per Galliam, ita ubique *Sicut populus sic sacerdos fuerit; & sicut servus, sic Dominus ejus; sicut ancilla, sic Domina ejus; sicut emens, sic ille qui vendit; sicut fænerator, sic is qui mutuum accipit; sicut qui repetit, sic his qui debet*: ab ejusmodi omnium inordinatissima æqualitate, postremo judicio præambula, *dissipatione dissipabitur terra, & direptione prædabitur* (*Ex Isai. XXIV a v.* 2.): nihilque boni erit, quod in te ordinis ergo haud desideremus; nihil quod ab eo perturbato, non aversemur; *neque* enim *mensura, & numerus & pondus*, atque adeo optatissimus Ordo, *in lapidibus tantummodo, & lignis atque hujusmodi ..... animadverti, & cogitari potest. Est etiam mensura aliquid agendi, ne sit* irrevocabilis, & immoderata Progressio; *& est numerus affectionum animi, & virtutum, quo ab stultitiæ deformitate ad sapientiæ formam decusque colligitur; & est pondus voluntatis & amoris, ubi appiret quanti quidque in appetendo, fugiendo, præponendo, postponendoque pendatur.* Omnino *nomina mensuræ, & numeri, & ponderis quisquis non nisi visibiliter novit, serviliter novit* (*Aug. lib. IV. de Genesi ad litt. c. IV.*).

III. Ab indicato igitur, ac nobis in exemplum a Deo proposito, semel constituto, ipsique subjecto, universi causarum Ordine, ad eum qui hominum societates, respublicas, principatus, regna, imperia, ecclesiam ratione, virtute, potestate, Dei numine moderatur ac regit pro infirmitate nostra ab ipsius perturbatoribus breviter vindicandum, animum paulisper convertamus.

IV.

IV. Et principio quidem ab inclamato sæpius ordine; ordine necessario; ordine revocando; ordine pristino; quo sapiens quisque, cum frueretur, tranquillò gaudebat; quem tantopere turbatum, dolentissime, integrari ac reparari, desiderat: ab inclamato, inquam, ejusmodi ordine, communem maximo inflammandam opere invidiam, eamque justissimam, in eos, existimamus, qui sacra & profana omnia, & sacra profanis, cœca, ac summa contentione, agmineque facto hac tempestate miscere pergunt.

V. Quantam porro hinc fiduciæ; illinc certæ confidentiæ in utramve partem inspirandæ vel unum ordinis nomen vim habeat, probe se nosse demonstrarunt omnium fraudulentissimi ac perditissimi ejusdem perturbatores; dum hominum ad quodvis scelus in Religionem ac Principes perpetrandum paratissimorum conspirationem, Ordinem (illuminatorum) ex variis conflatum Classibus appellarunt: De cujus studiis, consiliis ac mysteriis ridiculosis ex æquo ac impiis, utinam! ab scopo, in quem collineant, (ab ipso jam scelere manifestissimo) & loqui, & judicare, & certam ferre sententiam summo tandem dolore non possemus. Sed & frustra, prudentes quod spectat, qui tantæ catastrophæ viam encyclopedieo opere parabant, ut sibi, consiliorum suorum ignorationis obtentu, parceretur, jampridem flagitasse videntur; & quidem specie tenus de *Status* bono solliciti: En eorum verba. „ *Combien* de gens se melent de juger du gou„ vernement d'un etat, des operations d'un e compagnie, ou de „ telle autre manœuvre, & qui en jugent en aveugles, parce „ qu'ils ne conoissent point le plan secret, & les vues qui deter„ minent la place de chaque demarche, & la soumettent à un *Ordre* „ cachè, sans la connoissance du quel, telle circonstance, detachèe „ de tout le systeme, peut paroitre extraordinaire, & meme ridicule „ (*Encyclop. cit. art.* Ordre) „ nec tantum talis videri, sed esse quoque in seditiosorum conciliabulis cum toto systemate refractaria, seditiosa, ac impia in triplicem generatim ordinem peccans; triplicem quippe cum D. Thoma (1. 2. *q.* 72. *a.* 4. *c.*) Ordinem ejusmodi observamus in homine; unum quidem *secundum comparationem ad regulam rationis*, sapienter utique institutæ..... *Alium ad regulam divinæ legis*; cui bonam partem denuntiandæ ratio non abnormis subservit....... *tertium quo homo* consilio, exhortatione, industria ac legibus pro potestate latis *ordinatur ad alios homines*, *quibus convivere debet:* duce ratione, ac divina lege; quæ accommodis lumine,

 ac

ac virtutibus haud ſolum hominis erga Deum, ac erga ſeipſum officia præſcribunt, juvant, ac promovent; ſed etiam erga alios.

VI. Nec plane opus hic eſſet divinæ legi prærogativam in ordinandis lege hominibus, ipſam dumtaxat memorando, vindicare; niſi Deum omnino præteritum in certo novæ conſtitutionis, ut dicunt, codice his noſtris temporibus, ſine admiratione quidem, vidiſſemus; nec aliud pro primo, quod vel ipſa ratio ante omnia ſuggerit, de Religione capite ibi eſſe, quam os ac pes, quibus illa reſpuitur, ac conculcatur: Et Religio quidem ſupremæ majeſtatis ſibi divinitus commendatum ordinem, ad quem humana omnia ordinanda, proponit, divina ſuſtinet virtute, ac proprio ſudore & ſanguine tuetur: qui ordo utique, ubi ex ejus votis, ac conatibus floret, ibi tranquillitas viget, jucunditas & pax. Quemadmodum enim, propria, ac aliena, imo communi experientia edoctus, ajebat Auguſtinus (*lib. XIX. de Civ. Dei c. 13. n. 1.*): ,, *Pax* animæ rationalis, ordinata ,, (eſt) cognitionis actioniſque conſenſio: pax corporis & animæ, or- ,, dinata vita, & ſalus animantis: pax hominis mortalis & Dei (*Im-* ,, *mortalis in editis alias*), ordinata in fide ſub æterna lege obe- ,, dientia: pax hominum, ordinata concordia: pax domus, ordinata ,, imperandi, atque obediendi concordia cohabitantium: Pax civita- ,, tis ordinata imperandi atque obediendi concordia civium ...... ,, pax omnium rerum, tranquillitas ordinis: ,, privati, domeſtici, civilis, ac utriuſque Status Eccleſiaſtici, & Secularis.

VII. Huic profecto paci, ac ordinis tranquillitati conſervandæ, nihil eſt quod homo, cui & ſua, & publicæ rei ſalus amica ſit, ex Religionis dictatis, ſubſidiis, ac exemplis aut facere, aut pati non debeat, ac plane poſſit. Ne imprudentem vero Religionem ullus blaſphemet, quæ hæc præcipiat: animadvertat, amabo, quiſquis ille fuerit, quod equidem ſano criterio facile admodum eſt, quantum ſupra naturalem rerum ordinem, legem, ac vim ſit cum humanus, tum civilis ordo cum lege ac virtute ſuis: quantum item ſupra alios omnes emineat cum ſupernis gratiæ, virtutum, ac adpromiſſæ apud Deum gloriæ Divinitus inſtitutus Eccleſiæ ac Chriſtiani populi ſupernus ordo. Id enim vero cùm conſiderate peregerit ſapienti nobiſcum ratione argumentabitur, cum vitam ipſam ordinis incolumitati ſacrificandam; tùm majoris reos eſſe criminis Eccleſiaſtici ac civilis ordinis perturbatores, quam ſi totum, quantus eſt, ordinem naturalem invertiſſent: puta ſole, luna, ſideribus cœlo deturbatis

batis ac in terram dejectis, animalibus contrucidatis, plantis evulsis, aliisque omnibus sede sua dimotis, ac invicem permixtis & confusis; vel unius quippe hominis bonum, quisquis ille fuerit, majus his omnibus est; nec enim homo propter ista, sed contra ista hominis ergo facta ac ordinata sunt.

VIII. Quod si Religionis prudentiam æquitatemque, ut par est, agnoscis ac profiteris; infirmitatem vero dumtaxat tuam objicis ac excusas, non equidem blasphemiæ; at certe diffidentiæ reus es; Eadem enim Religio, quæ ordinem adeo impense servari jubet, Dei, quo servari possit, auxilium adpromittit: quo *in opportunitatibus* adjutore, mirum quot quantaque domi, forisque, humano, divinoque ordini tuendo, ab innumeris aliis ejusdem nobiscum infirmæ conditionis hominibus facta & tolerata sunt: quæ quidem vel per summa capita memorare, copiosæ historiæ opus est: incipiam dumtaxat, ut corroborans animum argumentum quisque secum meditando per singulas ætates prosequatur. Quocirca *nulla umquam gens* (in re notissima, celeberrimi tamen Gallicani interpretis *(Cl. Calmet in C. 13. ad Rom.)* verbis uti, placet) *secularibus potestatibus magis paruit, quam primæ ætatis Christiani* (ibi præ primis vindicandi) *qui a Christo Jesu & ab Apostolis edocti, numquam ausi sunt Principibus, a Providentia sibi datis, repugnare. Discipulos fugere tantum, jubet Christus* (Matth. X 13.). *Ait Petrus* (I. Petri II. 21 23.), *Christum nobis exemplum reliquisse, cum se se judicum iniquitate pessime agi, passus est. Monet hic Paulus, resistere te Dei voluntati, atque æternæ damnationis reum effici, si potestati repugnas. Quamvis nimius, & copiosus noster populus, non tamen adversus violentiam se ulciscitur: patitur*, ait S. Cyprianus (ad Demetrian.)..... *Cui bello non idonei, non prompti fuissemus, etiam copiis impares, qui tam libenter trucidamur? Si non apud istam disciplinam magis occidi liceret, quam occidere*, inquit Tertullianus (Apologet. C. 37.). *Cum nefanda patimur, ne verbo quidem reluctamur, sed Deo remittimus ultionem, scribebat Lactantius* (lib. 5.). S. Ambrosius: *Coactus, repugnare non novi. Dolere potero, potero flere, potero gemere: adversus arma, milites, Gothos quoque, Lachryma meæ arma sunt: talia enim sunt munimenta sacerdotis. Aliter nec debeo nec possum resistere.* (Orat in Auxent.)

IX. Verum, gallicano ordine modo perturbato, gentili auctori gentile item monumentum in maxima utriusque ordinis in illo olim regno perturbatione addamus. Nempe perturbatio summa fuit, cum

Bur-

Burdegala, *Petrocerii*, *Ruteni*, *Lemovices*, *Gabalitani*, *Elusani*, *Vasates*, *Convenæ*, *Ausienses*, *multoque jam major numerus civitatum*, *teste locupletissimo*, *Claromontano tunc temporis Episcopo*, *Apollinare Sidonio* (*Lib. VII Epist. VI. oper. Sirmond. T. I.*) *Summis Sacerdotibus ipsorum morte truncatis*, *nec ullis deinceps*: *Episcopis in defunctorum officia suffectis* (*per quos utique minorum ordinum ministeria subrogantur*) *latum Spiritualis ruinæ limitem traxit*. . . . *Cum nulla in desolatis cura diœcesibus*, *parochiisque*: *Cum vidisses in Ecclesiis aut putres culminum lapsus*, *aut valvarum cardinibus avulsis*, *basilicarum aditus hispidorum veprium fruticibus obstructos* ... *armenta*, *non modo semipatentibus jacere vestibulis*, *sed etiam herbosa viridantium altarium latera depasci* ... Quid enim Fidelibus solatii superest, quando Clericalis non modo disciplina, verum etiam memoria perit? *Equidem cum Clericus quisque defungitur*, *si* Benedictione succidua *non accipiat dignitatis heredem*, *in illa Ecclesia Sacerdotium moritur*, *non Sacerdos* .

X. Jam in tanta exterioris ordinis subversione potius, quam perturbatione ab ariano Rege; sensus orthodoxi Episcopi accipe: *Evarix Rex Gothorum*, *quod limitem regni sui* . . . *vel tutatur armorum jure*, *vel promovet*, *nec nobis peccatoribus hic accusare*, *nec vobis Sanctis hic discutere permissum est* (*Id ibid.*). Doctus etiam ex veteris sapientis scito, *magnum haud fore*, *magnum putans*, *quod cadunt ligna & lapides*, *&* *moriuntur mortales* (*Apud Possidon. in Augustini vita*), *Non tam Romanis mœnibus*, *quam legibus Christianis insidiaturum*, *ajebat*, *pavesco*. Nempe in tanto calamitatum diluvio, inferioribus ordinibus, velut a violentis aquarum fluctibus, concussis, ac dissipatis, supremo divinæ Providentiæ ordini, Religionis arca inclusus, se prudens Catholicus commiserat, ac penitus aptaverat; præmiserat enim: *Ordinis res est*, divini scilicet, *ut & dives hic purpura byssoque veletur*, *& Lazarus hic ulceribus*, *& paupertate feriatur*. *Ordinis res est*, *ut dum in hac allegorica versamur Ægypto*, *Pharao incedat cum diademate*, *Israelita cum cophino*. *Ordinis res est*, *ut dum in hac figuratæ Babylonis fornace decoquimur*, *nos cum Jeremia spiritualem Jerusalem suspiriosis plangamus ululatibus*, *& Assur fastu regio tonans Sanctorum Sancta proculcet*. *Quibus præsentum*, *futurarumque beatitudinum vicissitudinibus inspectis*, *communia patientius incommoda fero*. *Primum*, *quod mihi*, *quæ merear*, *introspicienti*, *quæcumque adversa provenerint*, *leviora reputabuntur*; *dein quod certum scio*, *maximum esse remedium interioris hominis*, *si in hac area mundi varius passionum flagellis trituretur exterior*.

XI.

XI. Hujuſmodi autem, divinitus conſtitutæ ac ordinatæ, Religionis ſenſibus præoccupatas vides eorum querelas, quos ita dictitantes inducit Chryſoſtomus (*To. I. Hom. I. De verbis Iſai.* Vidi Dom. *a p.* 281. *col.* 2. *edit. Venet.* 1549.), ſimulque tranquillat: dignisſimus locus eſt, qui huc advocetur; en illum: *Verum haud recte ſe habent, inquiunt, Reipublicæ negotia: de his plerumque loquimur: ingens periculum. Quid autem in cauſa? Eorum, inquiunt, qui Principatum gerunt incogitantia. Non eſt Principum incogitantia, ſed noſtra injuſtitia: pœna eſt pro noſtris ſceleribus exacta; illa cuncta ſurſum deorſum miſcuerunt; illa quidquid eſt calamitatum invexerunt; illa armarunt hoſtes; illa fecerunt, ut victi diſcederemus; non aliunde vobis malorum examen inundavit, quam ex hac cauſa.* Ne vero quis pro fervidi declamatoris oratione iſta accipiat, deſpiciatque; ipſum Eccleſiaſticum oratorem, ex Scripturis confirmantem Aſſertum ſuum, audire juvat; *proinde*, ſubdit, *quamvis Abraham quiſpiam eſſet, qui imperaret, quamvis Moſes, quamvis David, quamvis Salomon ille Sapientiſſimus, quamvis omnium hominum flagitioſiſſimus, ſi nos male vivimus, nihil intereſt, qualis ille ſit, quantum ad cauſam malorum. Qui ſic inquis, aut quo pacto? Quoniam ſi tranſgreſſor legum fuerit, ſi temere, nulloque conſilio feratur: noſtra incogitantia, noſtraque temeritas talem genuit Principem: noſtra commiſſa plagam accerſierunt. Nam quod juxta corda accipimus Principes; nihil aliud eſt, niſi quod præterita peccata noſtra talem nobis dederunt Præfectum, ſive quis fuerit ex conſecratis, ſive ex eorum numero, qui mundanas adminiſtrant dignitates.*

XII. *Quamvis autem juſtus fuerit, adeoque juſtus, ut uſque ad Moſi virtutem pertingat, haud tamen illius unius juſtitia immenſa rebellium peccata valebit obtegere: idque poterit quis ex ipſo Moſe certo cognoſcere; quum enim ille multis modis afflictus fuiſſet pro Iſrael, inſtanterque apud Deum ſupplicaſſet, ut terram repromiſſam in ſortem illis traderet; tamen quoniam ſe Populus ſuis peccatis reddiderat ab hac promiſſione alienum, non potuit Moſi deprecatio juſtam Dei ſententiam immutare, quominus totus ille populus in deſerto proſterneretur.*

XIII. His aliiſque divinis teſtimoniis, quæ apud ipſum ibi videre quiſque poterit, ſuam firmat Chryſoſtomus ſententiam, ut populum pro Religione in ordine contineat, doctum ex Petri juſſis, *Deum timere & Regem*, in quolibet rerum eventu, *honorificare*. (I. Petri II, 17. *Deum timete, Regem honorificate*).

XIV.

XIV. Neque tantum ordini sarto tecto tuendo ac conservando perpetuo allaborat, *suffert* ac *sustinet*, pro indita sibi divinitus Charitate, Religio; sed tunc insuper maxime ejus emicat sollicitudo, virtus invicta, ac efficacitas, cum ordo perturbatus, ac ita confusus est, ut humanis viribus ac industria denuo reparari ac in pristinum statum revocari jam non possit; *pervertit siquidem aliquis ordinem*, uti animadvertit Div. Thomas (1 2. *q.* 87. *a* 3. *c.*) *quandoque quidem reparabiliter*, *quandoque autem irreparabiliter*: quod postremum tunc quidem accidit, cum ordo ita perturbatur ac invertitur, ut organa ipsa, puta rationis, ac virtutum cor, oculique, quibus incolumis ille perstabat; non impedita dumtaxat errore aliquo humano sed corrupta penitus lethali scelere fuere. Jam si ejusmodi rebus desperatis, indicare hic ego dumtaxat vellem efficacia a Religione per communes preces, ac exhortationes, per immaculatam Altaris Hostiam, per Ecclesiasticæ hierarchiæ ministeria, per summos Pontifices, per concilia, per miracula, adhibita feliciter remedia; me scribendo, lectores legendo obruerem. Satis itaque erit de Galliis maxime sollicitis, Religionis quæ partes fuerint, nullo delectu; in id quippe casu incidi, meminisse, rebus ibi olim per Normannos majorem in modum perturbatis.

XV. Quamobrem ,, Heriveus Remensis Archiepiscopus (*Cl. P.* ,, *Ludov. Du-Mesnil Doct. ex Discipl. Eccl. L. XLII. n XII. ex Flo-* ,, *doardo.*) Conventus Episcopales sæpe cum Episcopis suæ Diœceseos ,, habuit, in quibus de pace, & religione Ecclesiæ, statuque regni ,, Francorum salubriter tractabat: his aderat Vito Rotomagensis, cu- ,, jus urbem, aliasque ei subjectas Normanni pene deleverant ...; ,, Heriveus in sua ad Episcopos allocutione (in Synodo Troslejana) ,, miserum Galliæ statum sic describit: Videtis quam sit evidens fu- ,, ror Domini, & manus ejus ad feriendum extenta. Ecce enim ,, quotannis....... terram nostram sterilitate damnatam aspicimus: ,, quibus cladibus quotidie populus intereat, videmus: depopulatæ ,, urbes, destructa, vel incensa Monasteria, agri in solitudinem ,, sunt redacti ... nostris & totius populi peccatis ista fiunt; quoniam ,, iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput. Fornicatio & adul- ,, terium, sacrilegium & homicidium inundarunt, & sanguis sangui- ,, nem tetigit. Et sicut primi homines... nullo timore prohibeban- ,, tur male agere, sed libere veneri, ac delectationibus oculorum ,, ac cæteris vitiis serviebant: ita nunc posthabito humanarum, vel

,, divi-

,, divinarum legum timore, contemptis edictis Episcopalibus unusq u
,, que quod vult agit: potentior viribus infirmiorem opprimit..:
,, Hinc est, quod videmus rapinam pauperum, deprædationes re-
,, rum Ecclesiasticarum; omnisque status Ecclesiæ confusus ac teme-
,, ratus est.

XVI. Hujuscemodi Ecclesiastica ratione, corruptæ in plerisque ordinis *organizationi* divinitus reparandæ, intentis Episcopis, sequuta haud diu post, Deo aspirante, Normannorum ad Fidem conversione: iisque a latrociniis, rapinis, populationibus cessantibus, pluribusque Ecclesiis per eosdem reparatis; cum ipsi legibus exculti, tum optimus cum Religione reflorescere ordo cæpit (*Id. ibid. n. XVII.*): eodemque Status uterque erigi ac recreari. Religio enim id in secularibus est ac efficit Statibus, quod animâ in humanis corporibus, cujus dumtaxat virtute stare homines dicuntur, atque adeo status ratione gaudere: quæ quidem sensu metaphorico duo illa, cum de Statibus sermo est, in rigore involvit, quæ de hominis statu loquutus, proprio sensu ita recensuit Suarez: *Unum*, inquit, *est quod homo sit rectus, quia in ea positione singulæ partes corporis quasi naturalem situm habent; pedes infimum, caput supremum & cetera medium sibi convenientem... aliud simul necessarium est, nimirum ut homo quiescat, nam si homo ambulet, non dicitur stare, licet rectus incedat* (*Suar. Vol. III. de Relig. l. I. c. I. n. 2. to. XIV. edit. Venet.* 1743.).

XVII. Et hæc quidem (ad morum rectitudinem ac quietem, quibus ordo stat translato sermone) officia, cum Fidei propagandæ tum Christianæ perfectionis statui promovendo, intenta Religio nusquam non præstat: quibus mediis, opitulantibus undique, quod prætereundum non est, manu, industria, opibus Ecclesiæ filiis Catholicis Principibus; quandoque etiam schismaticis, hæreticis, paganis ordo hic inducitur, illic conservatur; modo perficitur, modo labefactatus reparatur.

XVIII. Hinc profecto quammaxime Religionis nostræ sollicitudo de populi officiis, amore, reverentia ac subjectione erga Principem quemcumque promovendis: quippe *quem sciens* (ex illius institutionibus) *a Deo suo eligi ac constitui, necesse est, ut & ipsum revereatur, & salvum velit* (*Ex Tertull. in Apolog.* 33.) *a Deo*, inquam, *eligi ac constitui*,, *qui dat felicitatem in regno cælorum solis piis: regnum vero terrenum & piis, & impiis, sicut ei placet, cui nihil injuste placet.... qui Mario, ipse C. Cæsari; qui Augusto, ipse & Neroni; qui Vespasianis vel*

 patri

patri vel filio, suavissimis Imperatoribus, ipse & Domitiano crudelissimo: & ne per singulos ire necesse sit, qui Constantino Christiano, ipse Apostatæ Juliano. (Aug. lib. 6. de Civ. Dei c. XXI. To. VII.) Ad Apostoli omnino præscriptum: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non enim est potestas nisi a Deo: quæ autem sunt, a Deo ordinatæ sunt.* (Ad Rom. c. XIII. 1.)

XIX. Neque vero solum per Regem Regum, & Dominum Dominantium Reges regnant, legum conditores justa decernunt, Principes imperant, & potentes decernunt justitiam; ejus quippe est consilium & æquitas, ejus prudentia, ejus fortitudo: sed hæc omnia pro eodem tamquam *Ipsius* (minime vero, apage, nationum) *Ministri* (Ibid. 4. 6.) peragunt ac exequuntur; & summa quidem ipsorum gloria, ac inviolabili a divino ministerio Majestate: hinc enim *Rex magnus super omnem terram* suum reputat eorum, utpote nomine suo agentium, contemptum, ac plane ulciscitur. *Reges & Principes*, in controverso de regimine Principum commentario sapienter ait D. Thomas, aut quisquis ejus auctor fuerit (1): *Vices Dei gerunt in terris, per quos Deus mundum gubernat: sicut per causas secundas. Unde & Samuel Propheta spretus in dominio cum querelam proponeret coram Deo, responsum habuit, quod non ipsum israeliticus populus spreverat, sed Deum, cujus videlicet vices gerebat.* (D.Th. Opusc. XX. de regim. Principp. lib. II. c. 15. p. 10. edit. Venet. 1558.)

XX. Divinæ ejusmodi a Religione firmatæ ac constabilitæ Principum Majestati, nationalem majestatem, ordinum omnium perturbatores, substituere, connituntur: substituturi huic deinceps, si ipsos audis, dispersionis nationalis Majestatem; quod equidem, percussis pastoribus, nullo negotio obtinerent. Hinc autem pristini Barbarismi majestatem postliminii jure recuperatam, inviolabilem futuram philosophicis declarationibus jactitant; nec rursus in nationalis societatis Majestatem amplius e barbarie regressuram, de medio sublatis adversariis, sibi invicem adblandiuntur. (Vide Tom. II. monument. Illuminator. parte II. Document. IV. edit. Monach. in Bavar. 1787.)

XXI.

(1) *Consule de his egregium* P. De Rubeis, *cui liber primus indubius D. Thomæ fœtus est, sed a quo Principum vita nulli periculo subjaceat: Dissert. X. C. IV. in Vita, & Gestis S. Thomæ &c.*

XXI Et rationem isti inclamant, Religionem quoque & ordinem: at quæ ratio, Deus immortalis! quæ Religio, quis ordo? Hisce paucis agnosces: *Peccatum non est, nisi quod damnum importat: nullum vero damnum reputandum, nec contra justitiam pugnans, si fini, ac scopo, quo conatibus nostris tendimus, utile fuerit.* Homicidia, veneni propinatio, aeris infectio, furta, rapinæ, adulteria, seditiones, tumultus, rebelliones, juramentorum violatio, perpetua fraus in educatione, in humano commercio, in sigillis, in Religione ipsa &c. &c. &c.: hæc omnia summe probanda, si ab his via nobis, inquiunt, expeditur ad optatum terminum. (ibid. To. 1. p. 330. & alibi passim). Ecquis vero tandem hic terminus, finis ac scopus est? Nempe orbem totum, quantus hic late patet, deturbatis Principibus, aut saltem potestate minutis, impudenti donare libertate, Regna in familias, barbarorum more, dispescere; easdem philosophice, hoc est impie, regere, commentitiis Mysteriis ac Religione illis tradita. (Ibid. hac illac præsertim To. 2. par. 2. Document.)

XXII. Nihil equidem sub Sole novum: immane enim quantum turbatum sit nostra memoria per Germaniam ab ejusmodi *Anabaptistarum* insanis ac furiosis consiliis! quantus effusus sanguis! quot quantæque in fide & moribus clades! *Insinuavano del disprègio e dell' odio per li Magistrati, per le Potenze, e per la Nobiltà. Pretendevano, che tutti li beni fossero comuni, e indipendenti; promettevano* (a' più avvanzati) *un Impero felice, in cui regnerebbero soli dopo di aver sterminato gli empj.* (Hermant Stor. dell' eres. v. *Anabapt.* p. 123. edit. Ven. 1735.). En quo respicit libertatis illecebra, qua incautus populus inescatur; nempe ut in occultum impiæ tyrannidis laqueum, unde pedem referre facile non possit, misere incidat.

XXIII. *Misere*, inquam, *incidat*, ut misere irretiti fuere a libertatis illecebra, nedum ab humanis, sed etiam a divinis legibus, multi septentrionales populi per Lutherum, qui *inter Christianos* ajebat, *nec debet nec potest esse* (Potestas secularis); *sed unusquisque alteri æqualiter subjectus est* (In libell. de potest. sec. apud Raynald. ad ann. 1540.): *Viro Christiano nihil ullo jure potest imponi legum sive ab homine, sive ab Angelo, nisi quantum ipse velit.* (To. 2 lib. de captiv. Babylon.): *Lex Dei verus labyrintus est: imo si tollas decem Decalogi præcepta, & omnes hæreses statim desinent. Sunt enim præcepta fons unde hæreses universæ prodeunt* (Luther. in

quod. colloqu. ex Gener de Legibus.) *Cavendum nobis a peccatis, sed & multo potius a Legibus, bonisque operibus* (Id. in quadam concion. ex eodem ibid.). Sic:

,, Fistula dulce canit, volucrem dum decipit auceps.

XXIV. Quod si ejusmodi latrocinia Status vocas, Regna, & Imperia, Russous vincit: nos succumbimus; neque enim inficiari possumus, quin spirituale Christi Regnum, quod ipse prætensum impie vocat, cum ejusmodi hominum exlegum vorticibus, in quibus nullus ordo, apertissime pugnet.

XXV. Intoleranda vero ac blasphema Calumnia est, dum eam pugnam spirituali Christi Regno impius affingit cum veri nominis Statibus, Regnis, ac Imperiis: quorum ordinem ne turbarent, tot tantaque post divinum Regem ejus milites passi sunt. At, inquit, in primæva Ecclesia ita existimatum est. A quibus? Qua occasione? Quo fundamento?

XXVI. Audiant, quæso, ii, qui hæc ab ejus Contractu Sociali didicerunt (*Jo. Jacobi Rousseau apud Gener. Theol. to. III. p.* 222.): qui horum causa Catholicam Religionem oderunt: qui ejus Principes regnare nolunt super se. Itaque *extitit*, auctore Josepho (*Antiqu. l. XVIII. c. I. & II.*), *quidam Judas Gaulanites* (Galilæus a Simone diversus)..... *qui adjuncto sibi pharisæo Sadoch, sollicitavit ad defectionem populos: censum, nihil aliud esse, quàm manifestam servitutis professionem dictitans, & universam gentem ad tuendam libertatem adhortans.... Dici vix potest, quantum hi viri totam gentem conturbaverint, dum omnia miscent cædibus ac latrociniis, promiscuisque, nullo vel amicorum vel inimicorum respectu, prædationibus, & insignium virorum cædibus, prætextu quidem propugnandæ libertatis publicæ, revera privatorum lucrorum studio.... Cum Pharisæis consentiunt, nisi quod constantissimo libertatis amore flagrant.*

XXVII. Jam *hujus hæresis occasione*, subdit Baronius (*ad an. Chr. I. n. LXI.*), *quod vigeret temporibus Christi Domini nostri, ac etiam Apostolorum, accidit, ut quoniam tam ipse Christus, quam Apostoli Galilæi essent, in suspicionem adducti sunt, ne eadem sentirent cum Galilæis: eo enim nomine sectatores ejus hæresis dicebantur. Quamobrem*, inquit, *ut observat Hieronymus, Pharisæi volentes experiri .... accesserunt ad Jesum tentantes eum, rogantesque: num liceret, censum dari Cæsari, nec ne? Quibus Dominus prudenter, cauteque respondens, ait: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo...... Eadem*

deni-

denique consideratione & Paulus ..... *Sæpe adversus Galilæorum dogma jaculatur sententias: ut cum dicit: omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit...... Admone illos Principibus & Potestatibus subditos esse. Reddite omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal, & his similia.*

XXVIII. Non igitur (quod ab ipsius divina constitutione, dogmatibus, innumeris seculorum omnium testimoniis ac monumentis evidentissimum est) Jesu Christi Regnum, sed tuum tuorumque, Impiorum Caput, satanicum Regnorum, numquam quieturorum, systema cum omnibus secularibus veri nominis Statibus (quod experientia ipsa summo dolore discere incipimus); non secus ac cum ipsius J. C. Regno adversa acie pugnat: aliquando tandem ab instructo divinitus Ecclesiæ Statu expugnandum: *Castrorum enim acies ordinata* cælitus, hoc est, invictissima (quis id ignorat?) Illa est *(Cant. VI. 3.)*: frustraque, novis in dies supplementis, ejus ruinam Impii machinantur; eandemque sacrilegum in modum calcare pergunt: quippe quæ numquam non per stratos *per ordinem lapides suos (Isai. LIV. 11.)*; unaque *per stellas manentes in ordine suo* Impios, gregalesque, ut olim *Sisaram (Judic. V. 20.)*, eique ante victoriam triumphum delirando canentes, divinitus configet ac debellabit: tanta est a divino ordine catholicæ Ecclesiæ suavissimæ auctoritatis vis, seductis in ordinem revocandis; eò propulsis obstinatis perturbatoribus, *ubi nullus ordo (Job. X. 22.); non solis ordo non syderum ceterorum, ubi nullum licet rerum humanarum statum intueri; nullam, inquam, præclara lege, atque ordine institutam politiam (Polychron. ap. Pined. hic, p. 305 ed. Venet. 1739.) qui enim injuste se ordinat in peccatis, juste ordinatur in pœnis. (Aug. lib. ad Honorat. seu Epist. 140.)*

XXIX At nos miseros appellant. Scilicet miseri sumus, quòd necessarii ordinis Præsides, tamquam Dei ministros revereamur; nos nostramque hoc in Deum respectu, obedientiam nobilitantes: miseri, quod potius injuriam patienter ex Apostolo (1. *Cor. VI.* 7.) tolerari doceamur; nec natis ordini perturbando, novis rebus animum, manusve adjicere. Sed tunc, reponunt irati, *Ministri Dei* non sunt *in bonum*. Imo in majus ac superius bonum, si Christianorum in morem pati novisti; quippe quibus *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. (Rom. VIII. 28.)* In bonum etiam ordinata a Deo sunt terra, ignis, aer, acqua & cætera ejusmodi, non secus ac legitimæ potestates: illis tamen *in peccatricis nationis vindictam* interdum

uti-

utitur: neque hoc respectu quicquam aberravit Tacitus, cum scripsit: *Quomodo sterilitas, aut imbres, & cetera naturæ mala: ita luxus vel avaritia dominantium toleranda. (Ap. Calm. in Epist. ad Rom. c. 13.)* Et quidem hæc aliaque non sine laude maxima: quandoquidem, si potestas *inimica veritati in aliquem sæviat, laudem habet ex illa, qui victor fuerit coronatus. (August. Epist. XCIII. al. XLVIII. n. 20.)*

XXX. Neque vero, quia *contra ictum fluminis conari* prohibemur, (*Eccli. IV.* 32.) inferiorum bonorum repræsentandorum spe omni umquam destituimur: in quacumque, & a quibusvis, calamitate; nihil enim nobis cum Fatalistis: *neque pluviæ, venti & similes effectus, qui videntur maxime naturales, dicendi sunt fatali necessitate provenire, nam permittente Deo vel ordinante, sæpe*, ex catholica doctrina ait doctor eximius, *impediuntur vel excitantur media aliqua actione bonorum, aut malorum spirituum*; quin etiam ipsum *liberum* hominum arbitrium Deo *immediate* subjectum (*Suar. Metaph. Disp. XIX. sect. XI. to. XXII. p.* 389. *edit. cit.*); atque adeo in manu Ipsius, est, qui & Principum corda in bonum quodcumque, rite deprecatus placatusque *inclinabit* (*Proverb. XXI.* 1.).

XXXI. Sed hæc *Impii* impotentis iræ fluctibus *velut mare fervens* (*Isai. LVII.* 20.) agitati, caperata fronte ejectant; ac oblata populo, ut ad defectionem sollicitent, libertate, servum miserrimum appellitare ipsum voce ac scriptis, modo clam, modo palam pergunt.

XXXII. Et nos etiam tandem, si tanta hujus appellationis cupido incessit, miseros quandoque nos ipsos existimabimus, dicemusque; imo *miserabiliores omnibus hominibus:* at modum, rationem, conditionem teneat, quæso, Impius. Itaque primo, *Qui*........... *sine perturbatione sunt* (miseri), *rebus, in quibus sunt, quantacumque congruentia coaptantur: ac per hoc est in eis ordinis nonnulla tranquillitas: inest ergo nonnulla pax verum ideo miseri sunt, quia etsi in aliqua securitate non dolent; non tamen ibi sunt, ubi securi esse, ac dolere non debeant:* Miseriores autem, si pax eis cum ipsa lege non est, qua ordo administratur (*August. lib XIX. de Civ. Dei C. XIII. n. I.*). Hanc porro (obiter) majorem miseriam, quæ juris impiorum est, ipsis non invidemus: cujus causa, *Non est pax Impiis, dicit Dominus* (*Isai. XLVIII.* 22.) Age vero; & conditionem, qua *miserabiliores omnibus hominibus* essemus, ad Catholicæ Religionis lumen, videamus: & eam plane sine ambagibus, æterno glo-

gloriæ pondere, pro momentaneo & levi tribulationis nostræ, sibi ob oculos proposito, aversatus exhibet Apostolus, nempe: *si*, quod Deus avertat, *in hac vita tantum in Christo sperantes sumus (I. Cor. XV. 19.)*: ,, Miserabile enim est, ut subdit hic *A Lapide*, ob vir-,, tutem se affligere, si non sequatur præmium; præmium autem ,, Christianæ virtutis est resurrectio ad vitam immortalem undequa-,, que beatam. ,,

XXXIII. Ibi vero maxime hisce temporibus perturbatissimis *videre est miseriam (Ex lib. II. Machab. c. VI. 9.)*, ubi *Libero*, hoc est licentiæ ac libertati, sacramentum dicere, aras erigere, festa celebrare populus inducitur: *ubi arreptis thuribulis offerentes coram Domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat (Levit. X. 1.)*, Neo-pseudo-pastores audentissime se sistunt: ubi ambitio Sacerdotii, ac ex ea rebellio *Core*, *Dathan*, *Abiron*, & *Hon* cum 250. proceribus, in legitimi Sacerdotii, atque adeo Religionis ruinam, nuper instaurata hactenus perseverat: ubi eorum *omnis globus* (Club) factis, & forte verbis, denuo repetunt: *sufficit .... quia omnis multitudo sanctorum est (Num. XVI. 3.)*, hoc est: *certi estote quod in omni Synagoga omnes sancti sunt, & est Dominus in illis (Facund. Herm. l. XII. c. 3. ap. Sirm.)*: ubi forsan tentando experiri.... Ecquid experiri? Audi, impie ordinis perturbator; audi, dum hujus vitæ luce gaudes, ne umquam te, te, inquam, *tenebræ & ignis comprehendant*: audi, quandoquidem *sapientissimus omnisque harmoniæ peritissimus*; non equidem meus, sed *Dei sermo*, *cum hominum animis multiplici infirmitate corruptis*, *omne curationis genus adhiberet*; *sumpto in manus instrumento musico a sua ipsius sapientia fabricato*, *humana scilicet natura*: *& instrumento cantica*, *& quasi incantamenta quædam*, *non brutis*, *ut ille* (Orpheus) *sed ratione præditis animantibus insonuit*; *moresque omnium tam Græcorum*, *quam Barbarorum mansuefecit*, *& feroces ac belluinas animorum perturbationes cælestis Doctrinæ remediis*, inhibito contra Apostolorum votum de cœlis igne, *persanavit (Eufeb. in laudib. Constant. ex vers. Valles. l. 13. c. 15.)*.

XXXIV. Qui autem Religionis sensus, quæ partes sint in ejusmodi ordinis miserrima ibi perturbatione, communi totius Regni bono, tranquillitate ac pace procurandis, sollicitandisque? facta ipsa omnibus notissima, quæ verbis nullatenus assequi possumus, satis superque demonstrant. *Communi*, inquam, *bono*, *tranquillitate ac pa-*

ce,

se; neque enim aliter Religio tuendo ordini suo allaborat; quo quidem salvo, cujusvis ubique formæ stabilitæ Dominationis (omnem enim monarchicam, mixtam, aristocraticam, democraticam, & si quæ usquam aliqua esse potest, una Catholica Religio complectitur, ac fovet) ordo salvus ac incolumis persistit; eoque perturbato, perturbari & istum consequens est. Scilicet legitimi Gallicani pastores primi & secundi ordinis, ipsi, ipsi sunt, qui cum universæ Ecclesiæ Pastore conturbant *Israel*. Conturbant quidem; at non *Israel Dei*: Contutbant, ut olim *Elias* conturbabat Magnum *Achab*, & pseudoprophetas; & ut proximioribus sæculis, ut alios omittam, *Henricum* conturbavit Martyr *Thomas*, cujus constantiam maxima catholicæ Religionis laude hodierni gallicani Pastores in causa non omnino dissimili, oportune hic propterea excitanda, æmulantur.

XXXV. Itaque ab inordinati ac sceleris pleni juramenti recusatione odium utrobique in Catholicæ Ecclesiæ Pastores exarsit: olim quidem in Anglia, nunc apud Gallos. Et de hodierni quidem juramenti causa, utpote omnibus notissima, nihil opus est dicere; non ita vero post VI. & amplius secula de illa est. Illic ergo omnino *absoluto*, nullaque affecto conditione, juramento adstrictos volebat Henricus II. omnes Regni sui Episcopos ad consuetudines regias observandas: Et quidem iracundi *sermo Regis urgebat*: vocatus adest Thomas, præhabitoque cum fratribus consilio, sacerdotali constantia respondet: *Illas se, & Fratres suos observaturos*, Salvo Ordine suo. *Cui Rex: Verbum apage captiosum, venenoque infectum: absolutam volumus promissionem: illis vero renuentibus, insalutatis Pontificibus, in ira & indignatione multa subito recedit ab aula*: nihil emollitus, aut quicquam tunc curato temperamento, quo bonus ex illis unus, ceteris inconsultis, mitigando Regi usus est, *Bona Fide* videlicet pro *Salvo Ordine suo*; eo tamen deinceps emolliendus labefactandæ, proh dolor! Thomæ constantiæ: quippe is, aliorum calamitate tunc commotus potius, quam sua, *in prætexata forma se tandem obligat, quod videlicet regias consuetudines* (quarum plures, (1) paucis utcumque toleratis, damnavit postea S. R. E. sub Alex. III.) *foret observaturus* Bona Fide; *Verbo illo suppresso, scilicet Salvo ordine*.

XXXVI. Ad hujusmodi autem tanti viri lapsum, eminentiori postea constantia reparandum, oportune admodum præclarissimum exem-

(1) *Exemplar harum consuetudinum cum censuris dat Baronius ad an.* 1164. *a n. XXXVI., qui in hoc argumento lucem mihi præfert.*

emplum excitatum hic facile dixeris, maximo eorum bono, qui in necessaria, atque adeo futura (*charitas* enim *omnia sperat*) post exsecrandum juramentum resipiscentia, gloriosum, qui eos praeeat, ducem, mali non ignarum, peroptant: oportunissimus igitur adest, Cantuariensis Archiepiscopus idemque Martyr praestantissimus, *Thomas*, cujus poenitentiae, ac subsequutae, tuendo Ordini suo, constantiae odor suavissimus per Galliam, quae eum hospitio recepit, hactenus spirat.

XXXVII. Quod si occasionem rememorari juvat, qua ille, eo intus manum porrigente, qui *heri & hodie & nunc, & in aeternum*, erectus est, ac immotus deinceps permansit; haud equidem hujusce historiae monumentum transcribere gravabor.

XXXVIII. Thoma igitur *recedente a Regis curia, obiter inter familiares ipsius orta est murmuratio: iis, ut assolet, asserentibus, sic fieri oportere propter temporis angustiam; illis indignantibus Ecclesiasticae libertatis auctoritatem ad unius hominis libitum deperire. Inter quos unus acrius institit, dicens: Publica, inquit, potestas perturbat omnia: in ipsum Christum delirat iniquitas: synagoga Satanae profanat Sanctuarium Dei: Sederunt Principes, convenerunt in unum adversus Christum Dominum. Nemo tutus, qui diligit aequitatem: Mundo judice, soli sapiunt, & venerantur hodie, qui Principi obsequuntur ad libitum. Concussit haec tempestas & columnas Ecclesiae: dum Pastor disparuit, oves dispersae latitant sub lupo. De cetero quis erit locus innocentiae? Quis stabit ex adverso? Vel quis triumphabit in praelio, Principe devicto.*

XXXIX. *Haec quidem is murmurabat, qui Crucem ferebat ante Dominum Cantuariensem. Ceteri obmutuerunt prae angustia. Et adjecit audacius, assumens parabolam in hunc modum: quid, inquit, virtutis sibi retinuit, qui constantiam perdidit, & famam?*

Quorsum haec Fili? Ait Dominus Cantuariensis. Te ipsum, inquit, id respicit, quòd hodie omnino perdidisti & conscientiam & famam, Deo odibili, & honestati contrario exemplo in posterum relicto, cum manus tuas Deo sacratas ad execrandas consuetudines observandas extenderes, & in confusionem libertatis Ecclesiasticae cum nefarii Satanae Ministris conniveres.

XL. Fuit plane iste, subdit Baronius, gallus ille, cujus clamore excitatus Petrus flevit amare. Nam pergit (Monumentum ex quo haec refert): *Ingemuit igitur Dominus Cantuariensis, & suspirans adjecit: Poenitet me, inquit, & graviter: & meum exhorresco ex-*

 ces-

teſſum: me ipſum judico indignum de cetero ad Eum accedere in Sacerdotio, de cujus Eccleſia contraxi tam vile commercium. Silebo itaque ſedens in mœrore, donec me viſitarit Dominus ex alto, ut per ipſum Dominum, & Dominum Papam merear abſolvi. Statimque inde deſtinavit Nuntium ad Sedem Apoſtolicam. Reliqua tu ipſe apud laudatum, quæſo, Annalium Eccleſiaſticorum Parentem legito; feſtino enim ad prolixi ſatis admodum commentarioli finem. Quiſquis interea hæc legis, *Agnoſce ordinem, quare pacem; (Aug. in Pſalm. 143. To. IV. n. 6.)* haud aliter plane inveniendam, quam rebus in priſtinum obedientiæ, libertatis, ac unitatis, eoque meliorem, ſtatum reſtitutis.

XLI. Hic vero de reſtauranda tuendave ubique, ut catholicum decet, eccleſiaſtici ac politici ordinis integritate ſollicitum, ad Fidei hoſtium caſtra propius tandem accedentem clamor excipit, ſilentium de Catholica Religione perpetuum, quo nos ab optimis ſtudiis avertant, urgentium: *Præſtaret*, inquiunt, *liberam facultatem cuique facere Deo ſuo inſerviendi ad ſuæ dumtaxat conſcientiæ dictamen, quam ad amplectendam Religionem, quæ non placet, ſollicitare* (1). Antichriſtiana omnino conſulendi ac differendi ratio (qua una, qui ſint, jam ſatis ſe produnt) hæc profecto eſt: qui enim uſquam, aut umquam locum ſibi Chriſtiana Religio inter hebræos, paganos, hæreticos per tela per hoſtes feciſſet, ſi hæc valerent? Nempe antiquis hæreticorum vocibus ſucceſſorum progenies echo reſpondet: quippe *Et hac & hac*, clamabant olim Donatiſtæ, *Deus eſt: Quid intereſt? Homines inter ſe litigantes hoc fecerunt: ubicumque colendus eſt Deus. Abſit vero*, pro catholico nobis indito zelo, *ut dicamus vobis: vivite, ut vultis: ſecuri eſtote: Deus neminem perdet; tantummodo Fidem Chriſtianam* (articulorum ut dicitis fundamentalium) *tenete* (*Aug. ſerm. 46. de Paſtorib.*); aliam enim atque aliam a Patribus ac Doctoribus noſtris doctrinæ ac conſuetudinis rationem accepimus: imo ab ipſo Religionis auctore, eodemque promotore Chriſto Domino; Is enim eſt, qui maximam hac in cauſa ſollicitudinem commendat, imo injungit, notiſſimo, quod primum occurrit, evangelico præcepto. *compelle intrare (Luc. XIV. 23.)*; quod equidem, ut optime, etiam hoc rerum ſtatu, Maldonatus interpretatur, *non ſignificat, ad Fidem cogendos eſſe homines, ſed tamen adeo rogandos, adeo incitandos, ut quo-*

(1) *Ita nominatim D. Pfaff Cancel. tubing. in Reſponſ. ad XII. epiſtol. P. Scheffmacher.*

quodammodo compelli videantur (Maldon. in C. XXII. Matth. p. 450. *edit. Venet.* 1606.): ut denuo intrent, qui tamquam ethnici, & publicani foris pereunt, foris periclitantur.

XLII. „ Ad revocationem *enim* eorum, qui foris sunt, summa charitate debemus intendere, ut ipsi unitati nostræ possint „ Domino miserante connecti: quatenus ii, qui quietem Ecclesiasticæ libertatis impugnant, meliore ducto consilio resipiscant; & tam „ de revocatione, quam istorum pœnitentia crescat fæcunditas unitatis, & inconcussa servetur desiderandæ tranquillitas libertatis (1). „

XLIII. Et hisce quidem erga errantes proximos sollicitæ charitatis officiis ita arridet Deus, ac favet, ut tandem jam placeat, & unice placeat Religio, quæ ante a corrupto, & depravato gustu summopere displicebat. In id ergo collineant nostra studia; huc respicit catholica sollicitudo, ut, quibus displicet, apostolico condita sale, conversis Dei beneficio studiis, jam denique placeat vera Religio.

XLIV. Per te ergo *Pfaffi*, & tui similes nobis tandem liceat in id incumbere ac desudare, ut Religionis veritas, quæ apud vos odium parit, grata, correcto gustu, reddatur; tunc enim *condigne ... Ecclesia Catholica gentes, quas simul senserit Fidei suæ decore affici, ad sui eas sponsi, hoc est, Christi lucra traducit* (2); atque ita amat traducere, ut (quod est in juris Regulis) *Quod semel placuit, amplius displicere non possit (Reg. XXI. in VI.)*: Summeque probat ac afficitur ad Fidei fervorem, expresse olim in conversione sua edicentium (3): *Cui hæc Fides non placet, aut non placuerit, sit anathema maranatha in adventu Domini nostri Jesu Christi*: hæc fides, utique integra; atque adeo cum Fide Misteriorum omnium immaculata operum fides ac lex, ne a doctrinæ pravitate, cui ab hæresi redeuntes assueti fuerant, M. Gregorii gemitum aliquando reddendi locus umquam sit: *Ad Fidem plures veniunt, sed ac cælestia regna pauci reducuntur* (S. Greg. hom. XIX. in Evang.).

Hæc pro ordinis communi desiderio præfatus, expeditaque mihi Fidei hostibus cominus indicandis via, esto

 Quod

(1) *Arnulph. Episc. Lexoviens. in Synod. Serm. in Concil. Turon. ap. Baron. ad an.* 1163. *n. III.*
(2) *S. Leander in Orat. de convers. Gothor. ap. cit. Baron. ad an.* 589. *n. XIII.*
(3) *Episcopi Gothi in Fidei Cath. Profess. ap. Baron. in cit. an. n. XXXVI.*

„ Quod ... Dominus noster quædam dixisse inveniatur, quæ multi qui a-
„ derant, vel resistendo vel contemnendo non acceperunt, non putandus
„ est, sanctum dedisse canibus, aut margaritas misisse ante porcos: non
„ enim dedit eis, qui capere non poterant, sed eis qui poterant, & si-
„ mul aderant; quos propter aliorum immunditiam negligi non oporte-
„ bat. „ *Aug. de Ser. D. in mont. sec. Matth. lib. II. n. 70. p. 228. to. III. P. I. edit. Maur-venet.*

„ Regum timendorum in proprios greges;
„ Reges in ipsos, imperium est, Jovis. *Horat. Odar. lib. III. 1.*

„ Super Altare ponitur gladius, corona, & sceptrum Regi danda........
„ in loco competenti thalamus, sive suggestum pro Rege.... Sed adver-
„ tendum est, quod altitudo thalami non sit major quam gradus supremus
„ altaris. „ *Pontif. Rom. in Rubro, tit. de Benedict. & Coronat. Regis.*

VELITARIS DISSERTATIO

De certis ſignis, a quibus facile quis deprehendere poſſit tùm errorum auctores, tùm promotores, qui in hæreſis Caſtris majora merent ſtipendia.

§. I.

Argumenti utilitas, mitiſque agendi ratio cum iis, qui ab educationis præjudiciis in errore verſantur.

1. NON tulit animus *Generiano* operi continuando induſtriam, ac ſtudium qualecumque meum, vel Amicis urgentibus, collocari, quin prius, aut certe ſimul in hac afflicta undique Religionis facie, poſt eos, qui haud interrupta ſerie, extinguendo in eam incendio, maxima hactenus laude deſudarunt; *lagena* etiam, aut *amphora* quantulacumque mea, ut primum potui accurrerem: exiſtimans fore, ut, quamvis ardentibus hoſtium in nos ſtudiis extinguendis impar ea fuerit; aliquibus ſaltem qua ab errorum flamma liberandis, qua ab eadem ſibi præcavendis, ſalutaris poſſit evadere: a puriſſimo enim, quo plena eſt, verbi Dei latice, fortunatiſſimæ Domus, in qua una ad finem uſque ſeculi Paſcha ſuum a Diſcipulis parari ac manducari Chriſtus Dominus conſtituit; facile cuique erit Evangelicum ſignum a *Reformandorum* appenſa cœtibus ſuis hedera, maximo utique bono, dignoſcere: quippe ne pro hæreſi, hoc eſt electione & arbitrio, alibi paretur, aliò aſportetur aut mittatur verus Dei Agnus, ex vetere umbra omnino cautum eſt. (1)

(1) Exod. XII. 46. *In una domo Comedetur* (Agnus) *nec efferetis de carnibus ejus foras*. ,, S. Cyprianus lib. de Unitate Eccleſiæ n. XIV. *Sacramentum*, inquit, *Paſchæ nihil aliud in Exodi lege continet, quam ut Agnus, qui in figura occiditur, in domo una edatur. ... Caro Chriſti, & Sanctum Domini ejici foras non poteſt; nec alia ulla credentibus præter unam Eccleſiam Domus eſt.*

2. Excitavit equidem jampridem damnatus libellus: *Quid fit Papa?* polyglottum hujusce Velitationis titulum; pro germanico: *Wasfur des Glaubens die Feinde find?* italico, quia ex Italia velitor, substituto. Verum alio ex alio tunc impeditus, in id temporis res dilata est, cum percommodè accidit, ut mihi in mentem veniret, satis me cùm Amicis, tum mihi facere posse, præmissa hac, quæ proximo continuationis Voluminì VII. haud incunsulte præponeretur, Dissertatione præliminari; nihil horatianum: *Humano Capiti.....* veritus; affine quippe argumentum iis est, de quibus ibi Cl. Auctor meus proludere instituerat; ejusque loco, Deo auspice, ibidem proludemus.

3. Ut vero argumento nostro accedamus propius, *ejus utilitas*, auctore doctissimo Theologo Alphonso de Castro (1), *est maxima, propterea*, inquit, *quòd multi pallio nominis Christiani operti suas hæreses spargunt, suaque venenosa dogmata populo venditant; quem tanto facilius decipiunt, & in suos trahunt errores, quanto ipsi magis a populo reputantur fideles, & vere Catholici*. Mitto ejusdem argumenti difficultatem, quam laudatus Auctor, qui ejusmodi nodos facile dissolvere poterat, majorem sibi creavit, dum ad hæreseos initia animum dumtaxat advertens, in iis fere sistit, quæ hæreticis nondum omnino palam pugnantibus, damnatisve agnoscendis sufficiunt: *in doctrinæ* scilicet *novitate, liberrima de rebus seriis, & ad Fidem spectantibus, spreto doctorum consilio, definiendi temeritate, tuitione, & pertinacia; in correctionis* denique *impatientia*. Optimum plane consilium; ac nullo non tempore nascenti, adolescenti etiam grassantique inter Catholicos errori dignoscendo, indicia præ oculis habenda manifestissima: quibus si pro coronide duo adjeceris, nihil erit reliqui, quod ad certam evidentioremque ejusmodi errantium Spirituum cognitionem omnino desideres; & primum quidem esto librorum, alias a Sede Apostolica damnatorum, commendatio, ac obtrudendi consilio renovatio: de secundo vero, ita nos præmonet Augustinus (*Epist.* 191. *in nov Serie.*): *Nec illi*, inquit, *negligendi sunt, qui usque ad profundum silentium supprimunt timore, quod sentiunt, sed tamen eamdem perversitatem sentire non desinunt. Nonnulli quippe eorum, antequam isti pestilentia* (Pelagianismi) *manifestissimo etiam Sedis Apostolicæ judicio damnaretur, vobis innotescere potue-*

(1) *Alph. de Castro lib. I. adv. hæres. c. 14. de hæret. agnoscend.*

posuerunt; quos tunc repente reticuisse perspicitis, nec utrum sanati sint, sciri potest, nisi cum non solum dogmata illa falsa tacuerint; verum etiam illis vera contraria, eo, quo illa solent, studio defensaverint. Nempe Ecclesiæ, cujus Catholicis judiciis Christus ipse a manifesta promissione (*Matth. XXVIII.* 20.: Ecce ego vobiscum sum.......) adest, fieri satis non potest uno, quod Majestati respondet, obsequioso silentio; sed ob ipsi a divino magisterio divinitus adsertam veracitatem (1), *ore* insuper *Confessio* ad proximorum salutem, & *corde* assensio *ad justitiam* de omnibus ab ea definitis, ac cum iis connexis est prorsus necessaria.

4. Quod vero impræsentiarum consilium meum attinet, fructuosiorem existimavi sedulitatem meam futuram, si iis, qui a diuturniori temporis intervallo *in umbra mortis* sub christiano nomine sedent, in *viam pacis* revocandis, animum appellerem: sperans fore, ut digito intento modo in hoc, modo in aliud hostilitatis signum, Fidei hostes non possint non agnosci ab iis, qui hominem ab homine dignoscere non nesciunt; & ab iis maxime, qui *ad dexteram navigii* fuerint; hamoque veritatis ac illicio capi ament. Video equidem, ab iisdem hic repræsentandis indiciis non veteres modo Ecclesiæ perduelles, sed cujusvis ætatis hostes, (quod felix, faustumque sit) facile deprehendendos: sed qui aliter fieri non possit, utique videbit is, qui probe animadvertat, ejusmodi homines, ut ut diversæ fidei, hoc est perfidiæ, pro diversis ingeniis ac circumstantiis auctores fuerint, eodem tamen spiritu afflari omnes, circumagi, ac rotari *in circuitu* contra Ecclesiæ Potestatem, Jurisdictionem, Caput, Leges, Regimen, Judicia. Ita quidem: istiusmodi pestes qua fraudibus, qua armata manu, divinitus constabilitæ, Fidei, Regiminis, ac Spiritus Unitati disperdendæ novis machinamentis, veteribusve instauratis semper student. Quidni ergo vel ab uno ejusmodi Crimine omnes discantur?

5. Talis autem criminis, & Fidei hostis loco, ne, quæso, inexploratum te existimes, lector humanissime, temere a me hic haberi, quisquis fueris. Fidei hostis sibi cavet a lumine, ut vere olim cum gregalibus communi querela dicat: *justitiæ lumen non luxit nobis*; ipsis difficilis est admodum *commutatio*, ut paucorum dumtaxat singulari Dei beneficio hactenus ea fuerit. Jam vero pulchriorem de te opinionem ac spem in sinu foveo: perge igitur me-

(1) I. Timoth. III. 15. *In domo Dei.... quæ est Ecclesia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis &c. &c.*

cum, obsecro: nullæ hic insidiæ: tranquillo & pacato animo, qualem veritas amat, legito. Qualis vero meus erga te animus sit, agnosces amplius ex *Augustini* verbis de *Honorato* solliciti, quibus te propius accedentem excipio: *Si mihi, Honorate, unum, atque idem videretur esse hæreticus, & credens hæreticis homo; tam lingua, quam stylo in hac causa conquiescendum mihi esse arbitrarer. Nunc vero cum inter hæc duo plurimum intersit: quandoquidem hæreticus est, ut mea fert opinio, qui alicujus temporalis commodi, & maxime gloriæ, principatusque sui gratia falsas, ac novas opiniones vel gignit vel sequitur:* (1) *ille autem, qui ejusmodi hominibus credit, homo est imaginatione quadam veritatis, ac pietatis illusus. Cum hæc ergo ita sint non putavi apud te silendum esse, quid mihi de invenienda ac retinenda veritate videatur.* (Aug. l. de util. Cred. ab ipso initio To. VIII. p. 45.)

6. His plane consona sunt, quæ hodieque de hæreticis *materialibus* nostri docent Theologi, quæque alibi expressius habet idem *Augustinus*; ubi videlicet de eo disserens, qui vel in ipsius Ecclesiæ sinu baptizatus idem de Christo sentiret quod *Photinus*, sincere existimans, hanc esse Fidem Catholicam, ita pronunciat: *Istum nondum hæreticum dico; nisi manifestata* (hoc est sufficienter propcsita) *sibi doctrina Catholicæ fidei, resistere maluerit, & illud quod tenebat elegerit.* (Id. l. IV. de Baptism. contr. Donatist. To. IX. p. 135 n. 23.)

7. Quoniam vero in scopuloso loco versamur, & summa agitur res, præmonitum te volo, ne scilicet de palpo tibi a me obtruso occasionem ullam querendi umquam habeas; præmonitum, inquam, oppido te cupio de inculpatæ ignorantiæ longe periculosissimis hac in re limitibus, quos ultra salus non ulla est. Igitur, ut sapienter docet laudatus de Castro, ,, non omnes æqua lege tenen-
,, tur ad credendum. Plebi indoctæ satis est, eos Fidei articulos
,, tenere, qui in Apostolorum symbolo explicantur, paratæ susci-
,, pere reliqua, quæ ei Ecclesia credenda obtulerit. At non idem
,, est in prælatis, & prædicatoribus, quos ignorantia non excusat,
,, eo quod tenentur scire ea, quæ ad officium suum pertinent, ut
,, nihil prædicent, quod non sit eis perfecte exploratum: ideoque pec-

(1) Ut tute vides, hæc definitio a causis est, ut admonet *de Castro* cit. Lib. I. de hæres.; cum hæreticus *formalis*, seu *formatus*, si ad vivum res dirigetur, is omnino habendus sit: *qui scienter ac pertinaciter adhæret errori contra Fidem catholicam*. Videsis Cl. Pichler in Proleg. theol. pol.

,, peccant, si ignorant. Si tamen parati sunt corrigi, cum Ecclesia ,, aliud docuerit, quamvis peccant ignorantes, quæ deberent scire, ,, non tamen hæretici sunt censendi..... eo quod pertinaces non ,, sunt. Pertinacem dicimus eum, qui adeo tenaciter propriæ ad- ,, hæret sententiæ, ut Ecclesiæ quamtumlibet monenti paratus sit ,, resistere .... Qui in expressis & semel definitis repugnat, & con- ,, tradicit, etiamsi dicat, se paratum corrigi per Ecclesiam, aut per ,, Concilium (*quod de educatis per catbolicos omnem sine exceptione* ,, *vim babet*) hæreticus censendus est. ,, (*Alpb.* de Castro *lib. I. adv. bær. C. IX.*)

8. ,, Opto equidem, dilectissimi Fratres, & consulo pariter, ,, & suadeo *cum Cypriano*, ut si fieri potest, nemo de fratribus pe- ,, reat, & consentientis populi Corpus Unum gremio suo gaudens ,, Mater includat. ,,

,, Si tamen quosdam schismatum duces, & dissensionis aucto- ,, res in cæca, & obstinata dementia permanentes non potuerit ad ,, salutis viam consilium salubre revocare; ceteri tamen vel simpli- ,, citate capti, vel errore inducti, vel aliqua fallentis astutiæ cal- ,, liditate decepti, a fallaciæ vos laqueis solvite, vagantes gressus ,, ab erroribus liberate, iter rectum viæ cælestis agnoscite. Con- ,, testantis Apostoli vox est: Præcipimus vobis, inquit, in nomine ,, Domini nostri J. C. ut recedatis ab omnibus fratribus ambulanti- ,, bus inordinate, & non secundum traditionem, quam acceperunt ,, a nobis. *Et iterum dicit:* Nemo vos decipiat inanibus verbis. ,, Propterea enim venit ira Dei super filios contumaciæ. Nolite ,, ergo esse participes eorum. Recedendum est a delinquentibus, ,, vel immo fugiendum, ne dum quis male ambulantibus jungitur, ,, & per itinera erroris, & criminis graditur, a via veri itineris ,, exerrans, pari crimine & ipse teneatur.

,, Deus unus est, & Christus unus, & una Ecclesia ejus, & ,, Fides una, & Plebs una in solidam corporis unitatem concordiæ ,, glutino copulata. Scindi unitas non potest, nec corpus unum dis- ,, sidio compaginis separari, divulsis laceratione visceribus in fru- ,, sta discerpi. Quidquid a Matrice discesserit, seorsum vivere, & ,, spirare non poterit, substantiam salutis amittit (*S. Cypr. lib. de Unit. Eccl. a n. XXXIV.*) ,,

9. At at levi armatura, & una quasi funda procedentem me fortasse contemnis & irrides. Ego vero contra prædæ unice intentus

desideratissimæ, nihil ejusmodi sannis & contemptu moveri mecum decrevi; maxime quod certus alioquin sim, velitarem meum apparatum, ut ut levem, decretorium tamen eumdem esse; ad rei enim caput, frontemque hostium conspicuam collineat Velitatio, & illi quidem plaga penitus inflicta, reliqua hostium membra collabescent, & corruent. Et hoc quidem consilium si olim sequutus esset sereniss. Brunsvic. Dux *Antonius Udalricus*, ut primum, quo erat ingenii acumine, de sectarum vitio ac falsitate dubitare cœpit; nec de singulis dogmatibus persuaderi sibi seorsum voluisset: haud equidem tot annos in ableganda falsa, & vera præferenda Religione (quam tandem, Dei singulari pietate, in Catholica Ecclesia deprehensam, abjurato lutheranismo, palam professus est ab anno 1710.) magnis animi fluctibus posuisset (1).

10. Acatholicis igitur de salute sua, ut par est, sollicitis auctores sumus, ut compendio hac in re utantur; atque adeo novas, ut se dicunt, Ecclesias, earumque pseudo-Præsides ac Ministros, captatumque item seductioni a Catholicorum dogmatum perversa expositione, a calumniis, a largitionibus, ab eleemosynis Ecclesiasticæ Auctoritatis spectrum: hæc, inquam, sincero salutis desiderio, conferant, amabo illos, cum totius Ecclesiæ Catholicæ, ejusque Episcoporum ac Conciliorum majestate a divinis promissis, a fulgentissimis undique miraculorum, operum, ac sanctitatis ornamentis, iisque testatissimis: illa denique conferant, obsecro, cum unius in totam Ecclesiam Romani post Petrum Pontificis immota, firmissima, suprema Regiminis Auctoritate spectatissima; nec ullus dubito, quin ad hanc unam seriam, ac cordatam collationem, uno dumtaxat ex Catholicis docto viro, qui puram Religionis veritatem explicet, adhibito; quin, inquam, errorum omnium nox ac tenebræ Fidei auroræ statim cedere incipiant. Nempe earum omnium difficultatum nodi ab uno divinitus in terris constituto, atque adeo secure audiendo, Ecclesiæ Cathedræ Magisterio, uno veluti ictu discinduntur: tanta enim in Fidei negotio solidissimæ Petri, in successoribus loquentis, sententiæ vis est: cui

(1) Ad manum & ob oculos est aureum opusculum inscriptum: *Cinquanta Ragioni....* Quinquaginta Rationum momenta, a quibus Catholica Romana Religio omnibus hodiernis Christianismi sectis præferenda est; quæque Celsiss. ac Sereniss. Brunsvic. ac Luneburg. Ducem *Antonium Udalrich.* ad Lutheranism. abjurand. induxerunt: ex anglico versum, notisque illustrat. a doctiss. & illustriss. Com. & Equit. D. Aloysio Mozzi Eccl. Cathedr. Bergom. Canonico. Typ. Bassan. 1790.

cui propterea haud frustra omnes per Catholicum Orbem *montes in circuitu*, hoc est Episcopi, assensu, ceu echo, hactenus responderunt.

11. Neque vero heterodoxis tantum hanc qualemcumque operam fore utilem, spero; sed quandoquidem in *Germania*, auctore cl. *Pichler* (1), non majus patitur Ecclesia vera, ac Jurisprudentia genuina præjudicium, quàm ab acatholicis Jurisconsultis: perutilis etiam spero sit conatus iste meus iis Catholicis parentibus, qui eheu! liberos suos ad acatholica Athenæa ablegare non verentur, ut nempe Jus Naturæ ac publicum cum Historia politica, hoc est, Jurisprudentiam mancam ac corruptam, in illis addiscant: hæretici enim eam Jurisprudentiæ partem, quæ ipsis adversa est, nedum negligunt; sed veluti Anti-Christi Jus criminantur, Ecclesiasticam jurisdictionem &c. &c. &c. exsibilant, ac extirpare conantur. Hinc *his e scholis egressi juvenes* (animadversio est Cl. *Gautier*) *magnam sapientiæ, nescio cujus, opinionem de se circumferunt, & ubivis affectant: decernunt de rebus summis, etiam ad Religionem spectantibus, tamquam Doctores irrefragabiles; spernuntque præ se annosos Theologos, & Jurisconsultos, tamquam recentioris eruditionis, præsertim in Naturæ Jure inexpertos, eo quod ejusmodi Academias haud frequentarint, neque ex illis fontibus hauserint, in quibus unice, ac copiose inveniatur.* (2) His aliisque malis a tali doctrina recensitis, graviter, dolenterque vir sapiens exclamat: *Potestne majus Juventuti, Reipublicæque Catholicæ discrimen imminere, quam ab ejusmodi malo?* Verum age sitque

§. II.

De Divino Signo a Fructibus.

12. Quoties de Fidei hostibus, ac de iis, qui eis per summum infortunium ducendos se credunt, subit cogitatio; & frequenter subit: toties ad gravissimum periculum commoveor eorum maxime, qui ingenio, & eruditione celebratissimi Acatholicorum tenebris obvoluti, Acatholici ipsi in imbibito ab ineunte æ-

 tate

(1) Cl. Pichler l. 5. tit. 2. Decis. 76. q. 2. p. 117. edit. Pisauro-venet 1758.
(2) Cl. Gautier in Prodromo ad theol. dogmat. Schol. Dissert. II. C. III. art. 6. n. XIV., omnino hac super re consulendus, maxime a n. VI.

tate errore misere persistunt. Latentem in semine ac radice, tenerisque etiam foliis virentem, unaque cortice protectam, haud ita cito vel ab eruditis ac ingenio excultis nascentem, aut pullulantem hæresim dignosci: magno nemo opere mirabitur. Quod vero contra post lustra, imo secula fructibus gravis ac corrupta perniciosissimis, ita fere universim apud sectarios ignorari videatur, ut vitæ, & æternæ quidem vitæ arbor eadem existimetur: id enim vero est, quod si admirationem non pariat apud eum, qui rerum causas potest cognoscere; doloris certe generatim apud sapientes catholicos gravissimi causa profecto est: isque ea consideratione quammaxime exacuitur, quod ei leniendo vix ratio ulla inveniatur; si enim Catholicam Veritatem, quæ undique de proximo fulget, vix, aut ne vix quidem doctos ac ingenio valentes inculpate latere posse, asseruero: dum eorum ingeniis, eruditioni, ac doctrinæ faveo, timeo, ne eorum honestati ac sincero studio in veritatis seria inquisitione, quam præseferunt, injurius videar; atque adeo, ut delicatissimi quisque hac in re sensus est, id efficiam, ut medicam, qua egent, manum nullatenus patiantur. Velamine igitur super cujusque conscientiam hic inducto (1), ad signa a Christo Domino Fidei hostibus.

(1) Cordati tamen lectoris considerationi subjicio gravissimi viri sacri Cæsarei Palatii Comitis, Doctorisque Theologi, *Davidis Gregorii Cornero* sensus, excerptos ex lib. I. C. XIII. aurei opusculi *de Ignorantia Fidei &c.* Norimbergæ an. *1626.* ,, Fere, ibi ait, omnes viri hæretici hujus temporis ,, laborant periculosissimo peccato ignorantiæ affectatæ, seu spontaneæ. Nam ,, a parentibus suis, maxime a magistris, & hypodidascalis literariis male ,, de nobis ab ipsis incunabulis persuasi, tanto, tamque acerbo odio in Veritatem Catholicam, ejusque assertores feruntur, ut nec libros nostrorum ,, Doctorum legere, nec conciones de horum temporum controversiis audire, æquo animo sustineant, tùm ne vitam suam ad normam catholicæ ,, doctrinæ instituere, ac carnem cum vitiis ac concupiscentiis suis crucifigere cogantur (quod nostra urget Religio.); tùm ne conscientiam suam, ,, ob tam fœdam apostasiam nimiis cruciatibus exponant, eo quod Fidem ,, millies mille miraculis, ac sanctissimorum testium assertionibus, martyrum ,, etiam sanguine per sedecim integra secula roboratam, turpiter deserere, ,, & tam atrociter tamquam idololatricam, & antichristianam calumniari ,, fuerint ausi, ac tot insuper myriades animarum, Christi sanguine redemptarum, secum traxerint in ruinam. Horum typum egregie jam olim gessit ,, Regum Israel impiissimus *Achab*, avitæ Fidei non desertor solum, sed ,, persecutor etiam acerrimus. Is non invitus audiebat pseudoprophetas suos, quos 400. coëgerat, quia *ore uno Regi bona*, sed mendaciter prophetabant. Rogatus autem a fideli *Rege Josaphat*: *Non est hic propheta Domini quispiam*, veteris ac veræ Religionis cultor, *ut interrogemus per* ,, *eum?* respondit: *Remansit vir unus*, *per quem possumus interrogare Domi-*

ribus agnoſcendis, in Evangelio nobis tradita, animum in præſentia convertamus.

13. ,, Attendite, etiamnum ab Ipſo præmonemur, a falſis ,, prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus ,, autem ſunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoſcetis eos ,, (*Matth. VII. 15......*). Jam de *veſtimentis ovium* facile quivis cum Tertulliano conveniet, *nominis Chriſtiani ſuperficiem* ea eſſe (*Tertull. de præſcript. n.* 4.), imo cum Auctore imperfecti (*Ap. Maldonat. in cit. Matth. loc.*) quidquid etiam boni ſpeciem præ ſe ferens

,, num. *Sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, ſed ſemper ma-*
,, *lum, Michæas filius Jembla.* Cumque tandem auctoritate Regis Joſaphat
,, adduceretur, ut antiquæ ac veræ Religionis cultorem Michæam audiret,
,, atque is non loqueretur ad placitum Regis idololatræ, non ſolum expoſtu-
,, lare fuit auſus cum Rege Joſaphat: *Numquid non dixi tibi*, ait, *quia non*
,, *prophetat mihi bonum, ſed ſemper malum*; verum etiam Michæam, ab
,, uno e pſeudoprophetis male verberatum, in carcerem truſit, hæc mandans
,, gubernatori: *Mittite virum iſtum in Carcerem, & ſuſtentate eum pane tri-*
,, *bulationis, & aqua anguſtiæ, donec revertar in pace*: ſed illo ipſo prælio,
,, quod tam fauſtum fore vaticinabantur Sathanæ organa, impius *Achab* in-
,, certa ſagitta inter pulmonem & ſtomachum transfixus miſere periit, &
,, ſero, ſibi malæfidei miniſtros impoſuiſſe, deprehendit.

,, Vides ad unguem hic effigiatum hæretici hominis genium, qui diffi-
,, cillime, & vix regia auctoritate adduci poteſt, ut vel ad extimas aures
,, admittat ea, quæ in favorem avitæ noſtræ Fidei a Doctoribus catholicis
,, adferuntur; & ubi multis perſuaſionibus forte inducitur, ut audiat, primo
,, verbo, quo vaniſſimas ab apoſtatis...... nuper excogitatas hæreſes re-
,, dargui ſentit, in furias agitur; & ſui ipſius impos non carceres ſolum,
,, ſed exilia, tormenta, crucem illi Doctori machinatur, qui veritatem de-
,, fendere, & viam ſalutis erranti voluit oſtendere. Extant infeliciſſimo
,, hoc ſeculo innumera hujuſce odii, ac crudelitatis hæreticæ exempla &c. ,,

Hactenus Germanus ſcriptor de ſui ævi ſectariis; de noſtræ vero ætati proximioribus, imo hodiernis hæc omnino hic ſubnectenda ex Germanis item Scriptoribus *Pichler*, & hodierno Bened. *Stattler*; ille *partem minorem*, judicat, *facere formales hæreticos* in Germania; *majorem materiales* (In epitom. Jur. Can. l. V. titulo VII. p. 526. edit. Venet. 1755.), iſte: ,, Mul-
,, ta, inquit, experientia mihi perſuaſiſſimum eſt plurimis ignorantiam gra-
,, viſſimorum officiorum ſuorum (*non ſimpliciter ſcitu neceſſariorum*)
,, prodeſſe ad ſalutem; qui ob ea officia ſcienter neglecta ſecus eſſent cer-
,, tiſſime perituri..... Novi ego ex DD. Proteſtantibus viros doctiſſimos,
,, qui ut literarum intelligentia ſummi ſunt, ita & doctrinæ moralis, & to-
,, tius propriæ vitæ honeſtate, religione inprimis erga Deum & Chriſtum
,, Dominum, ferventiſſimo cuique catholicorum vix cedunt. Non illi, ne-
,, quaquam, non ita male de bonis operibus, de ſola Fide ſalvante &c.,
,, ſentiunt, ut olim ipſorum primipili. Fidei, Spei, Charitatis, Pœniten-
,, tiæ ex ſincero Dei amore remedia habent; in harum virtutum actibus ſe
,, quotidie exercent. Officia parentum, maritorum, civium, doctorum,

rens extrinſecus apparet: *verba & opera*, *eleemoſynas*, *omniaque officia charitatis*: ideo autem in ovium venire, dicit, veſtimentis falſos Prophetas; non quod oves, ut aliquibus placet, ſed quod potius veros paſtores ſe ſimulent; *ſolent* enim *Paſtores*, inquit Maldonatus, *ovinis veſtiri pellibus*; & hi quidem præſtantioribus, quam alii, ac venuſtioribus: quo præ cæteris ovino decore præfulſiſſe, ait, Calviniſtas pſeudo-Paſtores; quippe ,, *nihil in eorum* erat ore niſi Pa-
,, ter noſter cæleſtis, niſi Chriſtus, niſi Fides, juramentum inaudi-
,, tum: nihil in eorum factis apparebat niſi eleemoſyna, niſi tempe-
,, rantia, niſi modeſtia. Quo habitu, *ſubdit*, Paſtores ementiti ma-
,, gnam in grege Domini fecerunt ſtragem: feciſſentque multo ma-
,, jorem, niſi homines eos ex ipſorum tandem fructibus (*& acer-*
,, *biſſimis illis quidem*) cognoviſſent; vidiſſentque, iſtam non na-
,, tivam, ſed appoſititiam fuiſſe pellem (*Maldonatus hic*).

14. De

,, imo & paſtorum ſpiritualium, ſumma accuratione, & ſtudio indefeſſo ex-
,, plent jam-ab annis pluribus. Etſi itaque multis remediis careant (*& me-*
,, *diis etiam, dabit auctor abs dubio, ut addamus*) queis præterea homo ca-
,, tholicus abundat; minime tamen carent mediis plane ſufficientibus ad
,, ſalutem, hiſque actu ſolerter utuntur. An etiam uterentur gratia Fidei
,, Catholicæ, ſeu agnoſcendæ infallibilitatis Eccleſiæ, ſi iſtam Deus daret?
,, Ne offendantur, oro, viri mihi æſtimatiſſimi, & cari profecto in Chriſto.
,, Fortaſſis multi non uterentur ob difficultates maximas, quæ in executio-
,, ne occurerent. Nonne ergo bonus eſt Deus, ſi non det? At conduceret
,, magis bono publico, ſi ſaltem multi exinde ex doctis acatholicis ad Ca-
,, tholicam Unitatem tranſirent, & ſecum indoctos traherent exemplo. A-
,, mice! Scintu multos recte tali gratia uſuros? Putas, nihil ipſi rei catholi-
,, cæ prodeſſe, inter acatholicos eſſe etiam doctores excellenti doctrina
,, conſpicuos? Uti cos omnis virtutis, adverſitas eſt; ita puritas & fervor,
,, imo & ſcientificum ſtudium Religionis Catholicæ plurimum ex doctorum
,, acatholicorum literatura, & ſubtili oblocutione, mea quidem opinione, quin
,, & experientia, certiſſime profecit. At, inquis, viri tam profundæ do-
,, ctrinæ non vident, quod tam clare in ſcripturis expreſſum eſt? Siccine
,, vero? Tu plus ad ſcripturarum intelligentiam valere exiſtimas naturale a-
,, cumen, & ſcientiæ apparatum, quàm lumen ſupernaturale divinum? Hoc
,, ſi indoctis ſubtrahitur; cur non item ſubtrahi doctiſſimis ex æquo a Deo
,, poſſit? Sine illo quid valet naturale acumen? &c. &c. ,, (In Reſponſ. amica data Baccalaureo Moguntino edit. Euſtad. & Gunzburg. 1780. a p. 49.) Hæc Scriptor hodiernus Anglipolitanus Procancellarius &c. &c. a mitiſſima ratione, quam ſibi, aliiſque præſtituit, agendi cum doctis Proteſtantibus hodiernis, quorum (referam ſolum) invincibilem ignorantiam maxime *ſi profunde docti ſunt*, poſſibilem dumtaxat ac vagam admittit; frequentiam vero negat (Ibid. in Append. pag. *61.* & *62.*). Atque illinc generatim de doctis & indoctis eſt, quod eos, *quos ſolemne Eccleſiæ veræ Chriſti rectorum judicium hæreſis crimine ſingillatim non condemnavit; odioſò hæreticorum nomine notare nemini privato licet*. Idem, in Demonſtrat. cathol. p. 114.

14. De fructibus vero hic generatim positis haud equidem passus est Christus, nec post ipsum ejus Discipuli (de quibus alias) ut videlicet hæreremus: quinam tandem ii essent, a quibus modo certum, modo probabile de falsis Prophetis indicium caperemus? Morales enim, secus ac naturales arbores, non solum quia bonæ vel malæ sunt, bene vel male agunt; sed etiam quia bene vel male agunt bonæ vel malæ sunt, uti sapienter ibi animadvertit laudatus interpres; cui tamen assentiri de omnibus fructibus non possum: asserenti videlicet, probabile tantum indicium de *fidelibus* arboribus agnoscendis (de eorum enim Fide dignoscenda ibi tantum agit); non autem certum hic nobis Christum tradidisse: ut ut subdat, *plerumque verum esse solet;* sunt enim certi fructus a fidei infecta radice procedentes, a quibus falsus Propheta nulla valeat simulatione obvelari; illa quippe temeritas, ac audacia, ex. gr., qua in ovile Christi depascendum saltu insilitur, certus procul dubio fructus est, unde, quis ille fuerit, certo dignoscatur; etiamnum præmonente Christo Domino: *Qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro.* (Jo. X. 1.)

15. At pedetentim, inquis, & caute, o bone: nostri enim Episcopi, nostri pastores, & ministri per ostium semper intrarunt. Per ostium? Per quod? Per ostium scripturarum. Clausis, quæso, januis, & valvis utriusque testamenti obseratis, an apertis? Apertis, inquis. Ego vero cum universa catholica Ecclesia perforatis, ajo, imo effractis: nempe multis hac illac locis e Canone scripturarum intercisis, imo integris libris ac epistolis canonicis præcisis & retro ejectis. (1) Quod si etiam pseudo-propheta pinguior aliquando fuit, quam ut posset per factam ingredi aperturam: loco insuper suo motæ sunt per violentas versiones, quæ reliquæ erant, utriusque testamenti tabulæ, (2) ut nempe tantus vir pascendus, & *colloquiis convivalibus* recreandus ingrederetur. Sed rursus, inquis; pedetentim: ductores siquidem nostri per fidem in Christum, qui se *ostium* appellat, intrarunt: *Ego* inquit, *sum ostium ovium,* & iterum: *Ego sum ostium: per me si quis introierit salvabitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua inveniet.* (Jo. X. 7. 9.) Audivi

(1) Scripta canonica a Protestantibus rejecta accurate recensent clariss. Gener. to. VI. Theol. a p. 78. & Goldhagen Introduct. in Sacr. Scri. Mogunt. 1768.
(2) De adulterin. Protestant. versionibus videsis Canisium in Commentariis de Verbi Dei corruptelis, & Francisc. Veronii Method. compendiar.

vi; ſed audiviſti etiam tu, mi *Honorate*, latere ſæpe anguem in herba: quantus vero, qualiſve hic lateat, tute, ſpero, videbis, ſaluti celeri fuga conſulturus. Et primo quidem agnoſcis jam, accidere poſſe, ut ſatis non ſit, ingredi honeſte volentibus, oſtium inveniſſe. Quid enim ſi non pateat, & valide ab oſtiario obſeratum ſit? Aut ſi porro pateſcit, a vigili & fortiſſimo oſtiario, excubiis ſtipato, cuſtodiatur, ne cuivis liber ingreſſus ſit? Fortior fortiſſimo ſis oporteat, jure ac virtute præſtantior: *Quomodo poteſt quiſquam intrare*, quod Chriſtus fecit, *in domum fortis, & vaſa ejus diripere, niſi prius alligaverit fortem?* (Matth. XII. 29.) *Cum enim fortis armatus cuſtodit atrium ſuum in pace ſunt ea, quæ poſſidet. Si autem fortior eo ſuperveniens vicerit eum, univerſa arma ejus auferet, in quibus confidebat, & ſpolia ejus diſtribuet.* (Luc. XI. 21. 22.) Alia enimvero atque alia virtute præſtiterunt *Lutherus*, *Calvinus*, *Zvvinglius &c. &c. &c.* in ovile Chriſti irrumpentes; quod & omnibus notiſſimum eſt, & in hujus velitationis decurſu pro modo noſtro memorabitur. Interea autem honeſtatem, vellem, ac modeſtiam diſcerent eorum ſucceſſores a Petro, qui *ſtabat ad oſtium foris*, nec in atrium Pontificis introivit, donec *exivit..... diſcipulus alius, qui erat notus Pontifici, & dixit oſtiariæ, & introduxit Petrum* (Jo. XVIII. 16.). Si enim privata *domus eſt tutiſſimum uniuſcujuſque receptaculum, unde moleſtum homini eſt, ut in domo ſua invadatur* (S. Thom. 1. 2. q. 105. a. 2. ad 4.): quantæ putas moleſtiæ, ne quid gravius dicam, eſſe, in catholicam domum Dei, quæ eſt Eccleſia, cujus perpetuus præſes eſt Chriſti Vicarius, Petri Succeſſor Romanus Pontifex, factam olim ab invaſoribus irruptionem hactenus perdurare?

16. Agnoſcis igitur ex iis, haud ſatis eſſe dicere, ſectarum auctores, intruſoſque omnes in Chriſtum, qui ovilis oſtium eſt, credidiſſe, ac credere, ut ſecure ipſis, tamquam per oſtium uſque ingreſſis; & non jam aliunde in ſuperiorem Paſtorum locum aſcendentibus, oves ſe tradant paſcendas: aliunde quippe aſcendunt, quot quot per vim, per contemptum, per odium, per vindictam, per cupiditatem, per ſuperbiam, per inſidias, Summi Oſtiarii clavibus deſpectis, in Chriſti ovilis regimen inſiliunt: audaciſſimo hoc facinore ſatis ſuperque declarantes, quam fidem de Eccleſiæ ſpectabilis unitatis articulo intus foveant: unde ex Chriſti ſententia falſi prophetæ, ovina detracta perſona, palam omnibus innoteſcant.

17. Nec

17. Nec locus hìc omnino est, ut ulla se tergiversatione quisquam obtegere valeat. Scilicet divinus Pastor, idemque Rex Christus Dominus ovilis sui atrio de vigili Ostiario non providit: contentus dumtaxat, quod Neo-Intrusi cum Ultrajectinis vellent, si nempe jam in ovile ingressi verba communionis Summo Hierarchæ insolenter darent. Itane vero de divinæ Regni Christi Politiæ institutione judicare licet? Ubinam, quæso, est Regnum, aut Regni idea, ubi e re publica esse existimetur, ac plane sufficiat, munerum sedibus proprio arbitrio præoccupatis, litteras Communionis, hoc est rebellionis, Regi, Principi, Duci, Imperatori inscribere? Insolentiam ejusmodi procul apage.

18. Haud frustra equidem ovilis nomine Regnum suum Christus appellavit, idemque unum ovile, cujus una ingredientibus sit janua. Ne vero, de ovili loquutum Christum, verba cavillans, diceres, ostiario destitutum; apposite ac erudite occurrit Cl. *Maldonatus*: ,, Ovile enim, ait is, vocat Christus non, qualia nunc in ,, plerisque Regionibus esse videmus, solo reti septa: ea enim ne- ,, que ostium, neque janitorem habent; sed stabulum muro circum- ,, datum, qualia *Galli* habent in omnibus rusticis domibus intra ,, primam, magnamque domus portam, qua currus in cohortem in- ,, grediuntur. In ea prima porta solebat olim in omnibus paulo ,, locupletioribus domibus servus aliquis esse, qui januæ clauden- ,, dæ, aperiendæque curam haberet, catenis nonnumquam ligatus.,, Et revera admirandæ, ac prorsus divinæ haud interruptæ a Petro Successionis serie, tamquam catena, ad ostium Ecclesiæ, pro meritis aperiendum, claudendumque, alligatus adstat perpetuo, qui se servum servorum Dei profitetur, Christi in ovilis regimine, administratione ac cura Vicarius, Romanus Pontifex.

19. At at prævaricator merito audirer, si Christi testimonium præteriens, sola superiori Maldonati auctoritate niterer: ipse igitur Christus Dominus ovilis sui Ostiarii, cui eo divino, ut ita dicam, artificio elaboratas claves suas communicavit, ut clausum sui loco ostium nemo aperiret, apertum nemo clauderet: ipse, inquam, Christus ovilis sui Ostiarii expressis verbis meminit, quandoquidem subdit: *Qui autem intrat per ostium, Pastor est ovium, huic ostiarius aperit*. (Jo. X. 2. 3.)

20. De ostiario igitur, quem unum supremo gregis regimine, totius ovilis clavibus ipsi traditis, Christus donavit, haud equidem

Maldonati oportunissima eruditione egebamus: usui vero esto illius doctrina, qua Summorum Ostiariorum ad Ecclesiæ ostium successio, qua aliunde ingressi plane carent, adumbratur: cujus unius ad nos usque ductæ aspectu, Divini Numinis erga Catholicam Ecclesiam favor sanis oculis elucet; tum divinam in eadem successionis catena, adversus hostium potentissimorum vim ac fraudes perpetuanda, virtutem mecum sapiens quisque non profitebitur, qui ad variam obscuram, interruptam ac extinctam florentissimam olim familiarum, Regnorum, ac Patriarchalium orientis Sedium (1) successionem sedatum animum advertat. Neque porro aliter ad consummationem usque seculi perennaturam Ecclesiam Christus statuit: per hunc enim ordinem successionis a Petro omnibus conspicuum *Apostolici seminis traduces* habemus (Ex Tertull. l. de præscript. c. 32.): *genus electum ac regale Sacerdotium*. (1. Petri II. 9.) Ab eodem successionis ordine, quos pro Pastoribus, quibus obedientiam deferamus; quos contra pro hostibus, ac Ecclesiastici regiminis furibus ac latronibus, a quibus caveamus, manifesto dignoscimus ex PP. doctrina: e quibus *Irenæus*: ,, *eis*, inquit, *qui in Ecclesia sunt presbyteris* (Episcopis) *obau-* ,, *dire oportet*: *his*, *qui* successionem habent ab Apostolis..... qui ,, cum Episcopatus successione charisma veritatis certum secundum ,, placitum Patris acceperunt: reliquos vero qui Absistunt a Prin- ,, cipali Successione, & quocumque loco colligunt (al. *colliguntur* ,, al. *se colligunt*) suspectos habere, vel quasi hæreticos, & malæ ,, sententiæ, vel quasi scindentes, & elatos, & sibi placentes; aut ,, rursus ut hypocritas, quæstus gratia, & vanæ gloriæ hoc operan- ,, tes. Omnes autem hi deciderunt a veritate .... Ubi igitur ,, charismata Domini posita sunt, ibi discere oportet veritatem: apud ,, quos est ea, quæ est ab Apostolis Ecclesiæ Succeſſio (utique vi- ,, sibilis ac spectabilissima) & id quod est sanum, & irreprobabile ,, conversationis, & inadulteratum, & incorruptibile sermonis con- ,, stat...... (*Irenæ. l. IV. contr. hæres. c. XXVI.*)

21. Ab eadem denique in Apostolica sede Romanorum Pontificum unica successione detectos, Ecclesiæ Hostes, digito dumtaxat in eam intento, cum citatis Patribus confundimus: ,, maximæ, & an- ,, tiquissimæ, & omnibus cognitæ a gloriosissimis duobus Apostolis ,, Pe-

(1) Videsis de his tabulas Chronolog. cl. Graves. to. 8. Hist. Eccl. & tractatus prælim. de Patriarchis in Actis Ss. Bolland.

,, Petro & Paulo Romæ fundatæ & constitutæ Ecclesiæ eam, quam ,, habet ab Apostolis traditionem, & annuntiatam hominibus Fidem ,, per successiones Episcoporum pervenientem usque ad nos indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquomodo vel per sibi placentia, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem, & malam sententiam, præterquam oportet, colligunt. (*Iren. lib. III. adv. hæres. C. III.*).

22. Ad hanc igitur supremorum Ecclesiæ Ostiariorum a Petro Conspicuam Successionem oculos, quæso, & animos convertant, qui leves corde non sunt, ut facile quidvis credant, viri inter Protestantes doctissimi: id considerent, amabo, quod, summo ingenio ac criterio, judicioque gravissimo olim ab *Augustino* consideratum ac serio perpensum, dignum existimavit vinculum, a quo cum aliis item firmissimis in Catholicæ Ecclesiæ gremio sub Romano Pontifice constrictum se teneri, profiteretur (1): nempe a magno didicerat *Ambrosio*, ibi esse veram Ecclesiam, ubi Petrus (*S. Ambros. epist. 93. inter Augustinian.*), hoc est ubi Petri Claves ac supremus Christi Vicariatus in illius ad finem usque seculi Successoribus: hujus enim supremi regiminis in terris potestatis, quocumque nomine eam appelles,

(1) S. Aug. lib. contr. Epist. Manichæi, quam vocant fundamenti c. IV. n. 5. to. VIII. Ibi: ,, In Catholica enim Ecclesia, ut omittam sincerissimam ,, sapientiam, ad cujus cognitionem pauci spiritales in hac vita perveniunt, ,, ut eam ex minima quidem parte, quia homines sunt, sed tamen sine dubitatione cognoscant: ceteram quippe turbam non intelligendi vivacitas, ,, sed credendi simplicitas tutissimam facit: ut ergo hanc omittam sapientiam, quam in Ecclesia esse catholica non creditis; multa sunt alia, quæ ,, in ejus gremio me justissime teneant. Tenet consensio populorum atque ,, gentium: tenet auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, ,, vetustate firmata: tenet ab ipsa Sede Petri Apostoli, cui pascendas oves ,, suas post resurrectionem Dominus commendavit usque ad præsentem Episcopatum Successio Sacerdotum: tenet postremo ipsum Catholicæ nomen, ,, quod non sine causa inter tam multas hæreses sic ista Ecclesia sola obtinuit, ut cum omnes hæretici se catholicos dici velint, quærenti tamen peregrino alicui, ubi ad Catholicam conveniatur, nullus hæreticorum vel ,, basilicam suam vel domum audeat ostendere. Ista ergo tot & tanta nominis Christiani carissima (al. clarissima) vincula recte hominem tenent ,, credentem in Catholica Ecclesia, etiamsi propter nostræ intelligentiæ tarditatem, vel vitæ meritum veritas nondum se apertissime ostendat. ,,

Hæc oportune importune, protensis ubique charitatis vinculis, exscribere placuit, ut ab unitate, ac amplexu, quem cum heterodoxis ac schismaticis omnibus, in Catholicam adductis, vehementer cupimus, ac sollicite perquirimus; colligant ipsi tandem quanta sit calumniæ atrocitas ejus, qui

pelles, nulla, quod, velim, amimadvertas, est successio: eadem illa est, eritque semper, quæ olim Petro pro Ecclesiæ perpetuo fundamento ab illius auctore ac consummatore Christo Domino collata fuit: hæc illa potestas est, supra quam semper immotam atque adeo numquam sibi succedentem, Ecclesiam suam per Petri successores, eorumque auctoritatem numquam non ædificat Christus. Et en tibi supremi regiminis potestatem sive summi Pontificis Episcopatum Ecclesiæ Catholicæ, quem uni, non duobus simul, aut pluribus, conferri Christus voluit, atque hac ratione ita a quolibet Petri successore, haud secus ac ab ipso Petro, Ecclesiam *quæ tunc per totum orbem esset* (Omnium sæculorum Ecclesiæ *partem*) *in solidum* semper teneri, visibili Unitati servandæ, instituit: quemadmodum invisibili ratione Unitas universæ per omnes ætates Ecclesiæ ab ipsius, quanta fuit, est, eritque, summo Præside, Rege seculorum immortali, *cui omnia vivunt*, Christo Domino, perpetuo servatur (1).

23. Quæ

ita pro effreni sermonis sui libidine non ita pridem scripsit: *Est in scitis Romanorum non ultimum, quod externam quamdam Ecclesia unitatem habeat, cujus fons ac principium Romanus Pontifex sit. Et de hac quidem unitate tam magnifice solent verba facere, ut præ ea internam animorum cunjunctionem tam inter se, quam cum J. C. Ecclesiæ Capite propemodum contemnant & negligant.* Moshemius *de Gallor. appellationibus &c. §. V.* Nempe hominis verba sunt, Dei verbum in Ecclesiæ Catholicæ templis ac piis libris a legitimis Pastoribus, probatisque scriptoribus neque legentis, neque audientis. De illa equidem unitate, pro Catholicæ Charitatis zelo, multi ad eos sumus, quos in gravissimo salutis periculo extra spectabilem Ecclesiæ arcam fluctuare cernimus; & ad id officii excitare nos natus est internæ unitatis amor, quo omnes charitate accommoda amplectimur. Amplectimur ita vicissim ab ipsis? Id rogo, quandoquidem ait *August.* (lib. II. contr. litr. Petilian. c. 77.) *Charitas enim Christiana, nisi in Unitate Ecclesiæ, non potest custodiri*.

(1) Si hæc doctis viris symbola qualiscumque probatur, celeberrimus *S. Cypriani* locus hac super re facilis ac planus est, & a Romani Pontificatus auctoritatis hostium cavillationibus nedum liber, sed earumdem triumphator. Et re quidem vera cùm veritati, tùm *Cyprianicis* verbis, ac totius ejusdem operis de Ecclesiæ unitate circumstantiis quoad omnes partes videtur illa consentanea. De sensus veritate nemo ex nostris mihi non consentiet; neque enim summus quisque Pontifex omnium ætatum Ecclesiæ Caput est, sed dumtaxat Ecclesiæ Catholicæ totius, quanta est ætate sua; hæc autem, magna illa quidem, pars tantum est respectu illius; quæque a singulis Romanis Pontificibus successive *in solidum*, hoc est, in integrum tenetur: *latius se extendente tota a fine usque ad finem* sub omnibus Romanis Pontificibus Ecclesia. Verba autem ipsa *Cypriani* id videntur præseferre. ,, Nemo ait, ,, Fraternitatem mendacio fallat; nemo fidei veritatem perfida prævaricatio- ,, ne corrumpat. Episcopatus unus est, cujus a singulis in solidum pars te-

23. Quæ autem tanti muneris, atque ad salutem animarum supremi in terris regiminis sint partes; clavium, ut se occasio obtulit, usu Petrus satis declaravit: Ipse enim inter Apostolos primus est, qui tempore inter Christi Ascensionem ac Pentecosten medio, de successore in Judæ locum providendo sollicitus, Ecclesiæ regiminis ostium aperit: Ipse qui simul primus aperit, interpretatur ac declarat scripturæ sensum: *Episcopatum ejus accipiat alter*...... Ipse item primus verbum Dei annuntiat, colligit Ecclesiam, ostium publice aperit Judæis ac gentibus: Ipse primus, solusque publicorum, ac communium votorum violatores morte dignos, facto ac sententia ad perpetuam rei memoriam, judicat: Ipse primum hæresiarcham Simonem ab Ecclesia solus ejicit: Ipse conciliaribus *conquisitionibus* sententia sua finem imponit: Ipse..... sed hæc satis superque sunt, ut nullus non videat, pro certis ac manifestis Ecclesiæ hostibus habendos omnes quotquot, Petro non curato contemptoque, hoc est, Eo, qui potestatis plenitudine nullo non Ecclesiæ seculo, ex ipsorum jam hostium sententia (1), agnitus *Petrus* est, in Ecclesiasticum regimen,

aut

„ netur. Ecclesia quoque una est, quæ in multitudinem *latius* incremento „ fœcunditatis extenditur. „ (*lib. de Unitate Eccles. n. IX.*) Circumstantiæ denique aperte favere videntur: quippe quæ tales erant, ut de iis loquens *Cornelius P.* (epist. ad Fabi. anth. ap. Euseb.), *Novatianum*, primum Rom. Antipapam ironice perstringens: „Ergo, inquit, ille Evangelii vindex igno- „ rabat, unum Episcopum esse oportere in Ecclesia Catholica „ (ipsum nempe Romanæ urbis, de qua manifesto loquitur, Episcopum). Consonaque iis est tradita eidem *Cornelio* Confessorum a *Novatiano* deceptorum Fidei professio, in qua ad rem nostram hæc sunt: „ nec enim ignoramus.... „ unum Episcopum in Catholica Ecclesia esse debere (Epist. Corn. ad Cyprian.): hæc vero Episcopatum illum innunt, de quo *S. Symmacus*: „unum „ est, ait, per diversos Antistites (Romanos) Sacerdotium. „ (epist. I. apud Lab. to. IV. CC. col. *1292.*) super videlicet diversas successive catholici gregis partes in solidum.

„ Quum autem dicimus Petrum (& quemlibet alium ejus successorem) „ *Romanum Pontificem*, *& Pontificem Ecclesiæ Catholicæ*, non duos intelli- „ gas Pontificatus; non enim sunt duo in actu, sed in potentia tantum, hoc „ est, quia potuissent esse duo.... unde *non* se habent sicut *duo Episcopatus* „ *uniti*: non erat siquidem in Rom. Ecclesia Episcopatus ante Petrum; sed „ ipse Petrus Romanam Ecclesiam evexit in Pontificatum, non alium quam „ suum, quem secum vehebat: ita quod Pontificatus Petri, quem a Christo „ habuit relatum ad Ecclesiam Catholicam, retulit ipse Petrus ad Ecclesiam „ Romanam, appropriando sibi illam. „ Card. *Cajetanus* Tract. III. de Rom. Pont. instit. C. XIII. *§. Ad hujus*. Tom. I. Opusculor. Venet. 1588.

(1) *Doctissimi*, ait Mosemius cum suorum abs dubio plausu, *sibi viri* (Protestantes) *persuaserunt*, *portentum hoc de spectabili quadam Ecclesiæ uni-*

aut novæ doctrinæ magisterium insiliunt: nec cœpisse contenti, censura despecta ac irrisa, contumaciter, tamquam potestatem habentes, regere ac docere, Unitate Christi Corporis discisa, callo jam inducto, palam pergunt.

24. Vetus equidem vitium istud est, in sublimem dignitatum gradum, suggerente honoris ambitu, neque missos, neque vocatos temere se quosdam ingerere, ac porro intrudere: de eo enim ita olim querebatur Dominus per *Hieremiam: Non mittebam Prophetas, & ipsi currebant.* (Hier. XXIII. 21.) Quod sane facinus omnes temeritatis numeros tunc adæquat, cum nedum contra Apostoli vetitum *sibi honorem sumpserunt* (Hebr. V. 4.), sed summa insuper audacia, post censuræ etiam a supremo Ecclesiæ Ostiario, & ab universa per orbem cum ipso Ecclesia infamiam ac repulsam, in incepto temerario cursu perseverant: pulsi quidem ab Ecclesiæ terrestri paradiso excommunicationis & anathematis fulmine, eodemque ab Ecclesiæ Catholicæ valvis hactenus evibrato *ad custodiendam viam ligni vitæ.*

25. Nec modum excedens pœna iis erit, qui & damni, & tanti sceleris gravitatem noverint æstimare: quam profecto quadantenus perspectam habuit cl. interpres idemque doctissimus Theologus, qui de Adæ peccato ratiocinium ita sapienter concludit: ,, Ex dictis ,, patet peccatum Adæ, si primam & propriam speciem peccati spe- ,, ctes, non fuisse omnium gravissimum; fuit enim inobedientia le- ,, gis positivæ Dei: hac autem gravior est blasphemia, odium Dei, ,, ob-

tate tertio seculo apud Afros natum esse: id nemo facile suscipiet in antiquis monumentis versatus. Latent nimium diu ante Cyprianum in Ignatio, Irenæo, Tertulliano matura ejus semina, quæ nimis late splendent, quam ut ullo tegi possint artificio....... Scio quantum viri sudaverint egregii (ex Protestantibus), *ut hos aliosque locos* (Ignatii Irenæi &c.) *eriperent illis, qui Principatum nobis obtrudere volunt Pontificis..... Verum nescio tamen, an ne præstabilius sit. antiquos Doctores* (En in quantum projectæ audaciæ portentum error miserrima obstinationis necessitate se proruit) *pravæ de Unitate Ecclesiæ sententiæ postulare* (*quam certe nulla in illis eloquentia delebit*) *quam dicta eorum in mille partes vertere, ut rectius ac revera senserunt, sensisse videantur.* Hæc ille doctiss. inter Protest. in cit. opusc. *De Gallor. appellationib. ad Concil.*, *Unitatem Ecclesiæ spectabil. tollent.* §§. V. X. & XII ap. cl. Bolgeni in Apologia cui titulus: *Diffesa dell' Episcopato* part. I. c. IV. p. 27. Ego hic mihi haud temere persuadeo, hodiernos doctissimos Protestantes, præstabilius fore tandem reposituros recepturosque, pravæ de Unitate Ecclesiæ Modernos suos, quam antiquos multis nominibus conspicuos Doctores, ac Ecclesiæ PP. sententiæ postulare: Salutis ansa, quod Deus faxit, ab inimicis capta.

„ obstinata impœnitentia &c. Quare gravius peccaverunt Arius, „ Lutherus, Judas, & alii, quam Adam. Si tamen damna ex hoc „ peccato consecuta spectes, fuit Adæ peccatum omnium gravissi-„ mum: per hoc enim ipse se, & omnes suos posteros perdidit. „ (*Alap. in Genes. C. III. 24. p. 67. ed. Ven. 1761.*)

26. Exhorrescis merito, mi Honorate, ad tantum scelus: ne vero animo cadas, facit spes tibi reliqua regrediendi in terrestrem Ecclesiæ paradisum, vel si, quod facile mihi haud persuadeo, per cognitam hæresim propelli ab eo meritus fueris; *flameus* enim *gladius* ille, *atque versatilis*, quo Adam ad primævi paradisi delicias prohibitus accessu est, in virgam transiit; qua tamquam clave, Regni Cœlorum ostium resipiscentibus aperit Ecclesia benigna Mater (1): quos enim domus Dei zelo cum scientia conjuncto, ut ad salutem verecundentur, dolens e sinu suo rebelles ejicit Ecclesia, eosdem redeuntes læta recipit, ac suavissima amplectitur charitate.

27. Jam, uti quidem arbitror, cum summi momenti in supremo Ecclesiæ ostii custode divinitus constitutam rem intelligis; tum illo nullatenus consentiente, in Christi ovile, quod divina institutione Unum est, nemini, nisi per apertum latrocinium, christiano gregi regendo ingredi, fas esse: quam profecto doctrinam sensumque clarius tenebis, ac imbibes penitius, si qui forsan reliquus tibi est, eximam, quod jam jam facio, scrupulum: scrupulus enimvero, si divinare licet, hic est, ab istis Evangelii verbis profectus: *Qui autem intrat per ostium, pastor est ovium*: Huic ostiarius aperit (*Joan. X. 2. 3.*); cum enim hactenus dissimulaverim, tibique fortasse dedisse visus sim, nihil quod Fidem in Christum attinet, fuisse, aut esse, quominus intrare in Ecclesiæ ovile potuerint, possintque sectarum auctores, promotoresque, si tantum ostiario placuisset, placeretve: justa tibi hactenus videtur illorum querela de Ecclesiæ Ostiarii apud quem claves sunt, morositate; ac inde sin minus justa, toleranda utcumque violenta illa, ac cruentissima per arma & bella in Christi ovile lutherica, calvinica &c. &c. &c. omnibus notissima irruptio, ac tumultuosi assultus.

28. Nodus, tua quidem sententia, vindice dignissimus hic est: verum aliter, credo, brevi senties: adeo enim solutu est facilis,

& a.

(1) Hæc refer ad ritum absolutionis ab excommun. in foro exter. ex Rit. Rom.

& a facili solutione adeo horrendus anguis, qui sub eo latebat, se tibi conspiciendum præbebit, ut quo magis tibi fiat a me satis, nodum tuum fortius placeat astringere; ait enim *Joannes: Omnis spiritus, qui confitetur J. C. in carne venisse, ex Deo est* (Joann. Epist. I. IV.) & rursus: *Omnis quippe spiritus, qui solvit Jesum, ex Deo non est, & hic est Anti-Christus* (Id. ibid.): Hostes igitur Fidei non erunt qui Christi adventum credunt, nec Ipsum solvunt? Equidem, ut tute vides, stringi arctius nodus non potest. Sed facilem nodi solutionem modo accipe. ,, *Solvere*, inquit Augustinus, factis e-,, tiam intelligitur .... Ille (J. C.) venit colligere, ,, tu venis solvere. Distringere vis membra Christi. Quomodo ,, non negas, Christum in carne venisse, qui disrumpis Ecclesiam ,, Christi, quam ille congregavit. Contra Christum ergo venis, ,, Anti-Christus es. Intus sis, foris sis, Anti-Christus es: sed ,, quando intus es, lates; quando foris es, manifestaris. ,, *(Aug. in I. Jo. Epist. Tract. VI. c. IV. n. 14. To. III.)*

29. Audistin, uti nedum Christum solvat, & Anti-Christus sit, qui Christi Divinitatem, aut Humanitatem negat, aut alium circa Incarnationis œconomiam errorem sustinet, sed etiam qui *Corpus Christi* solvit, *quod est Ecclesia?* (Coloss. I. 24.). Proh! anguem horrendum; ,, *Si enim* diligenter, *uti sapienter* Augustinus *alibi* ,, *colligit*, *quæ ad* Christum pertinent, cogitantur, nomine tenus in-,, venitur Christus apud quoslibet hæreticos, qui se christianos vo-,, cari volunt: re ipsa vero non est apud eos. *(Aug. in Enchirid. ad Laurent To. VI. p. 196.)* Atque hinc, uti etiam ex ejusdem Augustini tractatibus X. in I. Joannis Epistolam deducere potuit Alapide quæ ex eo laudat in eumdem Joannis locum his verbis: ,, *Ad-* ,, *dit* Augustinus, omnes hæreses repugnare Christo incarnato, quia ,, Christi doctrinæ, Ecclesiæ, Sacramentis, Pontifici, & ordini hie-,, rarchico, a Christo instituto, repugnant: sic Pelagius negans Gra-,, tiam Christi, licet ore confiteretur Christi incarnationem, re ,, ipsa tamen eam evertebat; quia Incarnatio Christi non ad aliud ,, facta est, quam ad conferendam nobis gratiam. Idem dicas de ,, Luthero, Calvino, & ceteris sectariis: qua de causa S. Joannes ,, omnes hæresiarchas vocat Anti-Christos........Hoc sensu sub ,, uno articulo Incarnationis Christi ceteros omnes Fidei articules, ,, totamque catholicam doctrinam complectitur S. Joannes, cum vi-,, delicet ait: Omnis Spiritus, qui confitetur J. C. in carne venisse,

,, ex

,, ex Deo eſt. ,, Et re quidem vera qualis, velim, dicas, gloriatio in Jeſu Chriſti confeſſione eſſe poteſt, erroribus Illius doctrinæ ac inſtitutionibus contrariis ſociata? Clamante ex adverſo Apoſtolo: ,, Si circumcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit. (*Ad Galat. V.* 2.)

30. Deinde *quiſquis talem Deum cogitat, qualis non eſt, alterum Deum utique, & falſum in cogitatione portat* (Aug. q. 29. in Joſue): & ſimul item in verbis, ſi Deum, ac Jeſum Chriſtum, Deum talem loquitur & blaſphemat, qualis non eſt, auctorem æque converſionis Pauli, ac proditionis Judæ; pro aliquibus dumtaxat mortuum; nullatenus in Lege gratiæ legislatorem, ſed a quocumque legis jugo liberatorem; immenſum ſecundum humanitatem, ut placet his; vel nullibi in terra exiſtentem, ut volunt alii &c. &c. &c. (1)

F 31. Chri-

(1) In invictiſſimo opuſculo inſcripto: *Rationes decem, quibus fretus, certamen Adverſariis obtulit in cauſa Fidei Edmundus Campianus &c. Romæ apud Franciſc. Zanettum* 1582., hos de Chriſto in *Octava Ratione* inter alios de Deo, de homine, de peccato, de Juſtitia, de Sacramentis ac moribus, proteſtanticæ ſectæ Capitum recenſet errores, citatis ibi Operum locis, quæ brevitati conſulens hic non exſcribo. ,, Mox, ait, ad perſonam Chriſti ,, progrediar. Quæram, iſta ſibi quid velint, Chriſtus Dei Filius, Deus ,, de Deo, *Calvino*, Deus ex ſeſe: *Bezæ*, non eſt genitus de Patris eſſen- ,, tia. Item. Duæ conſtituantur in Chriſto uniones hypoſtaticæ, altera A- ,, nimæ cum carne, Divinitatis cum Humanitate altera. Locus apud Joan- ,, nem, *Ego & Pater unum ſumus*, non oſtendit Chriſtum Deum, homou- ,, ſion Deo Patri. Sed & *anima mea*, inquit *Lutherus*, *odit hoc verbum homoouſion*. Pergite. Chriſtus ab infantia non fuit gratia conſummatus, ,, ſed animi dotibus velut cæteri homines adolevit, uiu factus quotidie ſa- ,, pientior, ita ut puerulus ignorantia laborarit. Quod perinde eſt, ac ſi di- ,, cerent, originis labe ac vitio ſordidatum. Sed cognoſcite diriora. Chri- ,, ſtus cum orans in horto, ſudoribus aquæ manaret, & ſanguinis, ſenſu ,, damnationis æternæ cohorruit, vocem edidit ſine ratione, ſine ſpiritu, ,, vocem doloris impetu repentinam, quam, ut non ſatis meditatam, cele- ,, riter caſtigavit. Eſtne aliquid amplius? Attendite. Chriſtus cum actus in ,, Crucem exclamaret, *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me*, ac- ,, cenſus eſt flammis inferni, deſperationis vocem emiſit, non aliter affectus, ,, quam ſi pereundum ei foret internecione ſempiterna. His etiam, ſi quid ,, poſſunt, addant. Chriſtus, inquiunt, deſcendit ad inferos, id eſt, mor- ,, tuus Gehennam guſtavit, nihilo minus, quàm Animæ damnatorum, niſi ,, quod ſibi reſtituendus erat. Quandoquidem enim morte corporea nihil no- ,, bis profuiſſet, Anima quoque luctari cum morte debuit æterna, atque hoc ,, modo noſtrum ſcelus, ſuppliciumque dependere. Ac nequis forte ſuſpice- ,, tur illud *Calvino* per incuriam obrepſiſſe, idem *Calvinus* omnes vos, *ſi* ,, *qui Doctrinam iſtam ſolatii plenam exagitaſtis*, *perditos* appellat *nebulones*. ,, Tempora, tempora! cujuſmodi monſtrum aluiſtis? Cruor ille delicatus &

31. Christiani igitur nominis professio, si cetera desint, una superficies illa est, quam ex Tertulliano memoravimus; qua videlicet instar ovium vestimentorum, ut pro veris habeantur Pastoribus, Ecclesiæ gregis abigei, fures ac latrones se obtegunt. Hinc quamquam, ad sensum nuper explicatum, verissime a præclarissimo Martyre, qui unum Jesum spirabat, Ignatio scriptum sit, quod *Ubi est Jesus Christus, ibi Catholica Ecclesia* (S. Ign. Epist. ad Smyrn. n. 8.); aptius tamen, internoscendis hostibus a veræ fidei professoribus, signum illud est, quod nobis alius Ecclesiæ Pater, in debellandis hæreticis exercitatissimus, hac brevi sententia reliquit: *Ubi ergo Petrus, ibi Ecclesia* (S. Ambr. in Psal XL. n. 30.) *Ergo*, inquam; quod id certa conclusione argumentetur Christi ad Petrum verbis: *Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam:* quippe Dei Domus ibi esse, ac supereminere dignoscitur, ubi ad firmitatem immobilis petra ab illius Conditore jacta est: ibi rursus esse dignoscitur, ubi ejusdem ostium, ac limina a Petri Clavibus designata, nullo non tempore *ab his, qui sunt undique*, fidelibus venerata sunt. Ibi denique, unde cum asseclis, gregalibusve; agnorum, oviumque, qua seducta, qua abacta *parte*, furens Lutherus exiit; conspicuum enim est latrocinium, hodieque ob omnium oculos versatur lacrymosus abiegatus; sed macti nihilominus animis esse jubemur, quod Ecclesiæ luctus, quæ errantium ovium agnorumque damnum præ charitate suum æstimat, tantisper aliquantulum temperetur, quod ex Principibus nullus impræsentiarum sit *Pharao*, qui ad Ecclesiæ, in hujus seculi deserto positæ, sacrificium,

„ regius, qui de innocentis Agni corpore lacerato, fissoque scaturiit, cujus
„ cruoris una quævis guttula, propter dignitatem Hostiæ, mille mundos re-
„ dimere potuisset, nihil humano generi profecit, nisi *mediator Dei & homi-*
„ *num homo Christus Jesus*, *morten* quoque *secundam*, mortem animæ, mor-
„ tem gratiæ, peccati solius, & exitiabilis blasphemiæ sociam, pertulisset.
„ Præ hac insania modestus videbitur *Bucerus*, quamquam est impudens,
„ qui infernum in Symbolo, sepulcrum accipit per epexegesim valde præpo-
„ steram, ac potius tautologiam ineptam, atque stolidam. Anglicani secta-
„ rii, pars Calvino, idolo suo; pars Bucero, magno magistro, solent acce-
„ dere: pars etiam submurmurant in hunc articulum, ne quid facessat ultra
„ molestiæ, quemadmodum sine tumultu penitus eximatur de Symbolo. Id
„ vero etiam fuisse tentatum in conventiculo quodam Londinensi, memini
„ narrare mihi, qui interfuit, *Richardum Chenium*, miserrimum senem, ma-
„ le mulctatum a latronibus foris, neque tamen ingressum in paternam do-
„ mum. Hactenus de Christo. „ Manifesti hi sunt Christi gregem mactantium morsus: quidni ergo ab illis fures, aliunde intrantes, perdentes & mactantes a Christianis omnibus agnoscantur?

cium, populum nolit dimittere, *nisi per manum validam & fortem*. Longior igitur in hostium castris ac disciplina mora criminosior tui similibus evaderet, mi Honorate; si ab optimo in præsentia concepto consilio, quæ reliqua est, facto post Baptismum naufragio, pœnitentiæ tabulam, *ut salvet unusquisque animam suam*, neutiquam curatis moratoribus, certatim non arriperent. Animi igitur vires exerite: vobis vim incutite: regnum Dei rapite: justa, legitima, evangelica hìc est rapina; scriptum est enim: *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud* (Matth. XI. 12.): de quo equidem major vobis accrescet gloria, quam de urbibus expugnatis: *melior est enim patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium* (Proverb. XVI 32.). Quoniam vero nemo est, qui receptui canat; nobis, si jam placet, conjunctus, novæ prædæ inhiantibus, porro perge.

§. III.

SIGNUM ITERUM A FRUCTIBUS

Ab Apostolorum Principe, & à Gentium Apostolo recensitis: Cum Ampliori præcedentium illustratione.

PARS I.

32. SUmmum in dignoscendis Fidei hostibus momentum, imo necessitatem; quippe quorum vis, & totum robur apud eos, qui sapiunt, cum noti sunt, deperit: nihil, post Jesu Christi in iis designandis studium, sic ostendit, ac sollicita & accurata in iisdem graphice depingendis Apostolorum cura ad Ecclesiæ ex eorum manifestatione perpetuam incolumitatem, & salutem. Cui quidem studio, sollicitudini, accurationi, ac curæ numquam non respondit Ecclesia; ob cujus oculos plusquam trabali, ut dicitur, clavo appensa effulget evangelica, ac apostolica fidei hostium versicolor imago; ad cujus viva lineamenta ac colorum discrepantiam Novatores omnes collati, uti olim ab acceptis divinitus Characteribus, hodieque agniti, ita deinceps numquam non cognoscendi.

33. Ad signum enim, quod ex Christi sententia modo expandimus (quodque unum sufficeret), ut ut se hostes contorqueant, obtegant,

ac faciem conentur avertere; patent manifesto qui sint: grassatores, publici latrones, raptores, lupi. Dicunt equidem...... At si vel maxima linguæ copia satis esset; nec dicta probare in summa præsertim re, qualis est divina Religio, necesse esset: nullus hactenus fuisset hæreticus, Fidei hostis nemo; oportuissetque, Novatores omnes, tamquam docendæ ac reformandæ Ecclesiæ extra ordinem missos, stupidissima facilitate, ac cordis summa levitate recipere, Regnique cœlorum claves ipsis cedere.

34. Verum *quod corpus*, ut sapienter in ejusmodi controversiis versatissimus Franciscus Veronius animadvertit, *sive judiciale illud sit, sive aliud, vellet in titulum Reformatorum recipere quempiam, qui diceret, se missum esse, ut regio munere fungeretur, si commissionis suæ litteras non posset ostendere?* (1) „ Quis est ..... „ .... qui .... non potius id credat, quod invenit in „ Ecclesia, quæ usque ad hoc tempus certa successionum serie de- „ claratur, & credat nescio cui....... post ducentos, vel amplius „ annos venienti, & suadenti, ut illi potius, quid Christus dixe- „ rit, feceritque credatur: cum ipse Apostolus Paulus post ad- „ scensionem Domini de Cœlo vocatus, si non inveniret in carne „ Apostolos (*ut fecit*) quibus communicando, & cum quibus con- „ ferendo evangelium, ejusdem societatis esse appareret, Eccle- „ sia illi omnino non crederet? Sed cum cognovisset (*Ecclesia*) eum „ hoc annuntiantem, quod etiam illi annuntiabant; & in eorum com- „ munione, atque unitate viventem: accedentibus etiam per eum „ talibus signis, qualia & illi operabantur, ita eum Domino com- „ mendante, meruit auctoritatem..... Et putat (N. cum cet.) „ credi sibi debere ab Ecclesia Christi loquenti contra scripturas, „ tanta & tam ordinata auctoritate firmatas, per quas ei præcipue „ commendatum est, ut quisquis illi annuntiaverit, præterquam quod „ accepit, anathema sit. (*Aug. l. XXVIII. contr. Faust. C. IV.*)

35. Scilicet clausis oculis, & veritatis sensu consopito, novatorum doctrinarum machinatoribus *dexteras societatis* dabit Ecclesia: quæ nequidem Fidei suæ expositionem, ac palam ad populum prædicationem vel probatissimis suæ communionis ministris permittit, aut permittet unquam, quin docendi ac prædicandi facultate rite prius a se muniti fuerint. Delicatissimos omnino, & quidem meritissimo, rite in ovile ingref-

(1) Cl. Franc. Veron. in aurea *Method. Compendiar*...... C. I.

ingressos, novimus Episcopos; ut pote qui, ex Christi institutionibus, certis populis se per Apostolicam sedem præfectos noscunt, ut qui *in* iis *est*, salutari doctrina, noxia prohibita, pro navorum Pastorum munere, *gregem pascant* (ex I. Petri V. 2.). Cujus equidem potestatis probe sibi olim conscius Alexandrinus Patriarcha Cyrillus; hæreticalis doctrinæ occasione, quam per blasphemum acceptæ facultatis abusum, magno fidelium scandalo, *Arius* in vulgus spargebat, munus docendi gregem uni sibi reservavit (1).

36. Neque hanc superiorem, e divino manantem jure, potestatem, Ecclesiarum regimini præfectis pastoribus, ac doctrinæ judicibus elargitam, veteres Presbyteri non agnoverunt: quod vel a notissima causa sacræ Ordinationis *Origenis* per *Cæsarea* Episcopum *Theoctistum*, & S. Alexandrum Hierosolymæ, ejusque per Demetrium suspensionis, manifestum est: neque enim se tuendo, superioris potestatis defectum causatur *Origenes*, brevi item, quod juvat obiter animadvertere, intelligens, paucorum Episcoporum favorem adversus reliquos, qui ejus cum Romano Pontifice condemnationi acquieverant, infirmissimum ac porro nullum, solvendo ligato, esse: ut propterea *Hierosolymam* interea, pietatis causa profectus; ibique ad verba in Ecclesia facienda ab sacerdotum collegio sibi cum Episcopo favente, & vi propemodum impulsus, in pedes consurgens, hoc uno, ceteris prætermissis, e psalmo 49. versiculo recitato: *Pecatori autem dixit Deus: quare tu enarras justitias meas & assumis testamentum meum per os tuum? Complicatum librum*, *nihil ulterius dicturus*, reddidcrit: neutiquam triumphum agentibus, sed contra flentibus cum eo, ob tantæ linguæ ab infelici casu vinculum, qui aderant, universis (2) *.

37. Hunc

(1) Bernardin. Ferrari. in Erud. Op. De Ritu Sacrar. Eccl. veter. Concion. lib. II. C. IX. Edit. veron. 1731.

(2) Ex Du-Mesnil Doctr. & Discipl. Eccl. L. V. a n. 78. * ,, Il y en a, ,, quod ádnotare juvat ex Tillemontio. qui pretendent, que ce Saint (*Alexandre*, de quo illic sermo) avoit agi contre les canons, en ordonnant ,, un homme d'un diocese étranger sans la permission de son Evesque. Neanmoins l'histoire ne remarque point que Demetre ait jamais formé cette plainte, & Eusebe l'exclut, en disant, qu'il ne fondoit toutes celles, qu'il faisoit, que sur la faute (de la violence qu'il s'estoit faite a ,, luy mesme) qu'Origene avoit faite dans sa jeunesse. Aussi nous voyons, ,, que quoique l'Eglise ait défendu depuis le IV. siecle au moins, d'ordonner un Clerc d'une autre Eglise, elle a encore esté fort long-temps depuis sans étendre cette défense jusques aux laiques, si nous exceptons ,, le V. Canon du premier Concile de Carthage vers l'an. 349., qui n'a ,, pas esté suivi par l'Afrique mesme. (To. III. in vita Orig. art. XV.)

37. Hunc pro ſollicita ac circumſpecta Dei verbi adminiſtratione zelum, eò apud Africanos Epiſcopos ad ætatem uſque Auguſtini provectum, ſcimus, ut dicendi ad populum Presbyterorum nemini copiam coram ſe facerent: quod equidem eatenus non probavit; imo invidioſa cenſura *Hieronymus* ad *Nepotianum* carpſit: neque vero poſt *Valerium*, qui coram ſe loquendi facultatem *Auguſtino* primus impertitus eſt, alii per Africam Epiſcopi deinceps probavere. In moribus item ex unitatis, ac pacis juribus, vetereque interdicto fuit, hodieque eſt, ut nequidem particularium diœceſeon Epiſcopis in aliena civitate conciones habere, præter mentem illius civitatis Epiſcopi, omino liceat (*Conſuleſis cit. Ferrari. l. II. C. IV.*): Uni Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopo, cui Civitas aliena (*Welſch, Straniera*) nulla eſt, unitatis ac ſubordinationis cauſa, ejuſmodi poteſtatis amplitudine, evangelico jure, competente.

38. At at pro impudenti nova contra veterem Fidei doctrinam diſſeminandi libertate, rebellionibus multiplicatis ac præliis, legitimiſque a ſede deturbatis Paſtoribus, ac jugulatis, pſeudo-evangelica ratione modus inventus eſt, ut quod aliis non licet, ſacrilegi Novatores, iidemque avitæ Religionis Apoſtatæ, impune facerent: ſcilicet leges ac ingenita jura inter arma ſilent. Fruſtraque hìc laborat *Caſtrus (lib I. de hæres. C. XIV.*) ut proteſtanticæ doctrinæ, atque adeo ejuſdem auctorum, notiſſmam omnibus Novitatem demonſtret; vel reis ipſis id, quod alias meridiana luce clarius eſt, palam confitentibus: jactante ſe pro omnibus in hunc modum *Luthero: Doctrina hæc noſtra, nova & ſupra modum ſcandaloſa erat per univerſum orbem* (Tom. VIII. op. Jenæ. 181. §. IV.) Atque inde, educationis præjudiciis ſepoſitis, ſupervacaneum omnino eſſet, a ſectarum Promotoribus, ſi quid, uti credo, ſapiunt, Eccleſiæ Chriſti, atque adeo veteris, nomine percontari: „ Qui eſtis? Quando, & unde veniſtis? „ Quid in meo agitis non mei? Quo denique, N., Jure ſylvam meam cædis? Qua licentia, N., fontes meos tranſvertis? Qua poteſtate, N., limites meos commoves? Quid hìc, N. N., ad voluntatem veſtram ſeminatis & paſcitis? Mea eſt poſſeſſio, olim poſſideo; „ habeo origines firmas, & ipſis auctoribus, quorum fuit res. „ Ego ſum hæres Apoſtolorum. Sicut caverunt teſtamento ſuo, ſicut fidei commiſerunt, ſicut adjuraverunt, ita teneo. Vos certe „ exhæredaverunt ſemper, & abdicaverunt, ut extraneos, ut inimicos „ (*Tertull. de præſcript. n.* 37.). Id enim vero militantis

Ec-

Ecclesiæ publici ac divini juris est, ut nempe ejus Ostiario, majoribusque per catholicum orbem excubiis vigiliisque, divinitùs Illius auctoritate constitutis, in magnis Fidei causa animorum motibus, & hac illac inductis tenebris; a singulis prætereuntibus, & ab iis præ primis, quibus regiminis clavum committere parant, elata voce flagitare liceat: *Quis tu? Quæ tua Fides? Quo sub duce militas? A quo tabellarius? Unde? Quo?* Et ut authenticis Romani Pontificalis verbis, in Episcoporum Consecrationibus ad Assistentes Episcopos a Consecratore prolatis, utar: *Habetis mandatum Apostolicum?* (1)

39. Nec

(1) Pontificale Romanum (præcepto & usu ubique firmatum) Par. I. De Consecr. Electi in Episcopum a p. 54. edit. Rom. 1611. Ibi in rubro; „ Nemo consecrari debet, nisi prius constet consecratori de commissione consecrandi, sive per litteras Apostolicas, si sit extra curiam, sive per commissionem vivæ vocis oraculo a Sum. Pont. consecratori factam, si consecrator ipse sit Cardinalis. „ Ibidem alia, perturbatis hisce temporibus, oportune consideranda. Quibus indicatis, in eorum, quì gallice legunt, gratiam, addere juvat: „ Pontifical...... livre, où sont contenus les rits, & les cérémonies qu' observent le Pape „ (Clemens VIII. in Const. Pontificali præfixa ait: *id commodi quoque accessit, quod ii, qui ea in re industriam collocarunt..... eas* (res) *dumtaxat quæ essent in veteris Pontificalis volumine comprehensæ, delegerint, iis tamen exceptis, quæ ad Rom. Pont. attinebant, quod nimirum in Cæremoniali S. Romanæ Ecclesiæ sunt expressæ.*) & les 'Evéques.... dans la Consécration des 'Evéques..... On croit communément, que...... vient de Saint Gregoire. *Encyclop. V. Pontifical.* Id vero nemo ita excipiat velim, ut ante *Gregorium* re & nomine Magnum nullum fuisse Pontificale intelligat: quandoquidem ab exordio nascentis Ecclesiæ certo ritu, ac præscripta forma sacras Ordinationes, ceterasque episcopales functiones ubique peractas, nemo prudens dubitat. At cum ejusmodi sacri codices, quibus certi illi ritus, ac formulæ continebantur, pro diversis temporum circumstantiis, mutationibus fuerint obnoxii, hinc fieri natum est, ut antiquioribus semper retentis, temporum processu (uti magnum in re liturgica nomen V. Card. *Thomasius* observat) a succedentibus Pontificibus incrementum acceperint. Inter hos porro ante nostrum *Gregorium* emicuit S. *Gelasius*; de quo in antiquiorum Pontificum catalogo apud *Henschenium* hæc legimus: *Fecit etiam sacramentorum Præfationes & orationes cauto sermone.* Et en tibi Romanæ Ecclesiæ Sacramentarium tribus distinctum libris, qui Gelasianus Codex, sive Gelasianum Sacramentarium audit, a laudato V. Cardinali editum, unde, ipso auctore, *veluti illius breviarium, ac summa, multis subtractis, aliquibus adjectis*, Sacramentarium illud digestum est, quod communi sententia, contra dubitantes Cll. *Gussanvillæum & Dupinium*, Gregorio Magno tribuitur: contra negantem item Cl. *Joan. Georg. ab Eckart*, cui illud Gregorio II. adscribere placuit: vapulanti propterea a docto editore oper. V. *Thomasii*, Cl. P. Vezzosi C. R. to. IV. in præf. a pag. (XXVI.).

Equidem in gregoriana Saeramentarii instauratione, qua potius, quàm gelasiano codice, generatim usi sunt Pontifices summi, aliisque nationibus

39. Nec tulit olim graviter *missus a Deo* Joannes Baptista (ut ut ejus missionem cum Parentis prophetica visio, tum conceptionis & nati-

sapienti consilio invexerunt, nihil de consecrationibus in Episcopos electorum, quæ nostri argumenti sunt, plane extat; quæque Romæ præ primis vel ante Gregorii ætatem a libro diurno Romanorum Pontificum petebantur, de quo videsis Cl. Franc. Ant. *Zaccariam* (Differt. II. de usu libror. liturg. &c. in thes. theol. to. I. V. Diurnum), Cl. P. *Du-Mesnil* (In S. Gregorio) &c.

Obtinebat tunc quidem, auctoribus, custodibusque Romanis Pontificibus vetus Episcopalium consecrationum ritus, ac disciplina; nec ullo eatenus præcepto adstricti fuere Episcopi, ut una dumtaxat Romanorum Pontificum Diurni præscripta formâ omnes uterentur: nihilo tamen minus illum sponte hac illac adhibitum, eodem retento titulo, (quod enim Romanum nullibi exterum) haud temere censet laudatus P. *Vezzosi* (to. IV. a p. 323.)

Jam hujusce Romanorum Pontificum Diurni, quod maxime Episcoporum consecrationes attinet, locum modo obtinet generatim Pontificale Romanum, unde desumpsimus τὸ *Habetis Mandatum Apostolicum?* Neque sedente, ut ita dicam, præsenti electionum ac consecrationum Episcopalium disciplina, vetere ob *grandia animarum pericula* (Leo X. in Concordat. cum Franc. I. ap. Raynaud. an. 1516. n. XII.) cedere jussa, antiquam subrogare interrogationem ex *Scrutinio Serotino* (sub fin. Pontif. Rom.): *Habetis* (Electionis) *decretum?* temere quisquam audebit, qui idem, Episcopis legitime sedentibus, alios intrudere summa temeritate non audeat: qui tanquam ethnicus & publicanus haberi non horreat: qui *les grands sieges souvent remplis par des gens de néant peu propres à gouverner* (Encyclop. art. *Concordat fait &c.*), ut olim factum, videre non amet.

Enimvero prodigio simile est, ut qui antiquorum canonum se unice amicos jactant, Summorum Pontificum judicium, unde illis tandem Canonicum robur, hac in re parvi pendant: nulli siquidem alii Canones, teste B. Gelasio Papa, (in epist. ad Anastas. Imperator.) auctoritate præditi sunt, nisi quos Apostolica Sedes suo judicio roboraverit. Et re quidem vera id satis innuit consecrandorum ex antiquo ritu Episcoporum juramenti formula; ex qua se illi jurare *fidelitatem* & obedientiam Metropolitano profitebantur, non tantum *prout est a Sanctis Patribus institutum*; sed ne quid esset, quod, a mutata temporum lapsu disciplina, graviter reprehendere posses, addebant: *& Ecclesiastica*, ac Romanorum Pontificum commendat auctoritas (in cit. Scrutinio Serotino): a cujus impræsentiarum non modo commendationis defectu, sed prudentissima cautione; ne videlicet Episcopi *de néant* per Metropolitanorum examina & confirmationem, ob plebis tumultum, ob schisma, ob aliunde de proximo imminentem vim, æquo infirmiorum, haberentur: omnium Episcoporum confirmatio Romano Pontifici, vel in Galliæ regno, tandem *sans contradiction* (Encyclop. v. *Concordat fait ....*) reservata fuit.

Prædictorum vero occasione vellem animadverterent, qui in scirpo nodos quærere amant, quam olim *fidelitatis* ac obedientiæ Metropolitici juramenti verbis sapiens quisque vim tribuebat, Pontificalis juramenti formulæ eamdem a nobis tribui: nempe non homagii; sed filialis ac religiosæ fidelitatis ac obedientiæ. Sed pro animadversione satis superque. Qui plura de hoc amet juram., adeat opera egregii P. Bianchi to. V. par. I. lib. 3. c. 3. &c.

nativitatis miracula cum prodigiosa ipsius vivendi ratione conspicuam, ac notissimis Isaiæ, & Malachiæ vaticiniis consentaneam demonstrarent) non tulit, inquam, graviter legationem a Judæorum synagoga ad se missam inquirendi de se causa. Integrum Legatorum, ut dicitur, *Constitutum* recensere hìc placet: ,, Et hoc est testimonium Joan-
,, nis, quando miserunt Judæi ab Jerosolymis Sacerdotes, & Levitas
,, ad eum, ut interrogarent eum: Tu quis es? Et confessus est, &
,, non negavit, & confessus est: quia non sum ego Christus. Et in-
,, terrogaverunt eum: quid ergo? Elias es tu? Et dixit: non sum.
,, Propheta es tu? Et respondit: non. Dixerunt ergo ei: Quis es?
,, ut responsum demus his, qui miserunt nos? Quid dicis de te
,, ipso? Ait: ego vox clammantis in deserto: Dirigite viam Domini,
,, sicut dixit Isaias propheta. Et qui missi fuerant, erant ex Phari-
,, sæis, & interrogaverunt eum & dixerunt ei: Quid ergo bapti-
,, zas, si tu non es Christus, neque Elias, neque propheta? Re-
,, spondit eis Joannes dicens: ego baptizo in aqua (symbolum sui
,, ministeri) medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Ipse
,, est, qui post me venturus est; qui ante me factus est (hoc est,
,, mihi prælatus, & præpositus), ,, cujus ego non sum dignus, ut
,, solvam ejus corrigiam calceamenti (*Joan. I. 27.*).

40. Huc adeste modo novarum rerum, & doctrinarum machinatores: ita quidem hìc vos volumus: vos qui haud veriti estis tantam superbiam sumere, ut cum Joannis Baptistæ, hoc est, columbæ missione vestram, hoc est, corvorum intrusionem ac latrocinium sacrilege, nequid gravius dicam, compararetis. Ut nempe ab ejus, quo Christi ipsius oraculo *inter natos mulierum non surrexit major*, præcellenti auctoritate novitatibus suis, erroribus, contumaciæ, seductioni, patrocinium captarent: ipsis autem non comparentibus, aderit, forte meliore prorsus digna, illorum propago; atque ut, bonam partem, honestatem amat, planget abs dubio, saltem in silentio, Majorum suorum, qui se illis cum prole tradiderint, unde ad ipsos error pervenit, miserrimam ab immanibus figmentis seductionem; quorum specimen, ut, si nescis, discas, hìc tibi subjicio:,, quòd nempe Joannes Baptista contempserit circumcisionem; quòd novam synagogam, &
,, Ecclesiam instituerit; quod secessionem a templo, & Ordinaria Po-
,, testate fecerit; quod Principum Synagogæ contempserit auctorita-
,, tem (quorum postulatis adeo placide respondisse legimus); quod
,, docuerit & fecerit contra populum, legem, templum, & sacer-

 ,, do-

,, dotium; nihilque curarit prorsus, quid tum Ecclesiæ administratores jubèrent, aut vellent; quod tandem peccata ipsorum ligaverit, nec ipsorum indignationem, aut bruta fulmina, quæ in ipsum, tamquam schismaticum, & hæreticum conjiciebant, quicquam curaverit. Scilicet in puro Dei verbo hæc omnia continentur.

41. Quibus propterea ,, Percurre, succlamat hic Magnus *Canisius*, totum Evangelium, nusquam cum illo expostulat quisquam ,, quod aliqua ex parte vel egerit, vel docuerit adversus legis reverentiam, adversus templi cæremonias, receptum Dei cultum, ,, Ecclesiastici Magistratus, & Reipublicæ tranquillitatem...... etenim ejus doctrina, sicut & vita, cum sponsi fidus amicus esset, ,, a Christi & Apostolorum sententia numquam discrepavit, sed eamdem confirmavit potius: præsertim quod ad obedientiam, & reverentiam indignis etiam Magistratibus deferendam attinebat. ,, Noverat plane vir Dei spiritu & sapientia plenus ad conservandam Ecclesiæ necessariam tranquillitatem pertinere, ut sedentes ,, in Cathedra Moysi, hoc est, docendi auctoritate præditi,...... ,, non propter vitæ probitatem, sed ob docendi & præcipiendi officium, quod gerebant, secundum legis divinæ præscriptum ab ,, omnibus & audirentur, & honorarentur. (1)

42. Ecclesiæ igitur pro eo tempore Custodibus, ejusque summo Ostiario se & ministerium suum, divino imperio susceptum, probare non recusavit Joannes. Quin & ipse Christus, qui, ut ait Apostolus, *non se ipsum clarificavit, ut Pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, Ego hodie genui te*, (Hebræor. V. 5.) haud semel divinam a Patre suo missionem testatam Ecclesiæ voluit, probatamque legitimo testimonio: nec Principes Sacerdotum, & Seniores Populi acerbe excepit, aut repulit, cum *accesserunt ad eum docentem...... dicentes: In qua potestate hæc facis? Et quis tibi dedit hanc potestatem?* (Matth. XXI. 23.) subindicato, quod ipsos non latebat, Sanctissimi Baptistæ testimonio. Imo alibi pronunciare non dubitavit, quod animadvertant, quæso, omnes sectarii: *si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum non est verum*, (Joann. V. 3.) hoc est legitimum, juridicum, ac recipiendum.

43. Cum enim Ecclesia de occultis & internis, ut dicitur, non

(1) Cl. P. Canis. lib. I. de Corruptel. Verbi Dei C. IX. p. 64. ed. Lugd. 1584.

non judicet, necesse plane fuit, ut vel ipsa Veritas Christus Dominus notum ipsi faceret & quis esset, & unde, & quo veniret? Quave potestate doceret, an divina? ostenderet. Quod equidem præstitit copiosissime: a Dei Verbo, a Patre, a Joanne, a divinis operibus authentico producto testimonio: *Vos*, inquit, *misistis ad Joannem, & testimonium perhibuit Veritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio* (quippe Deus, cui sine hominum testimonio omnia patent), *sed hæc dico, ut vos salvi sitis* (mihi vos credentes: qui spiritu privato apud vos non nitor, sed cælitus legato Nuncio præfulgeo, ac præmonstror). *Ego autem habeo testimonium majus Joanne: opera enim, quæ dedit mihi Pater, ut perficiam ea: ipsa opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me; quia Pater misit me .... Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere: & illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me .... Est, qui accusat vos, Moyses, in quo speratis. Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit*. (Joann. V. a vv. 33., & 45.)

44. Tot ac tantis, omnino recipiendis, divinis testimoniis, ut ab omnibus, quis, quantusque esset, agnosceretur, manifesto se prodidit *Princeps Pastorum*. (I. Petri V. 4.) Hinc summo jure *clamabat ....in templo docens, & dicens: & me scitis, & unde sim scitis*: Et a me ipso non veni, *sed est verus qui misit me, quem vos nescitis. Ego scio eum: quia ab ipso sum, & ipse me misit*. (Joann. VII. 28. 29) Atque adeo dignissimus, quem non Divinitatis raptorem arbitrarentur; cuique propterea visibilis illius Ecclesiæ, ac Ordinariæ Potestatis Ostium pateret; repulsamque passus, dignissimi ex adverso illi, quorum Sacerdotium abrogaret, *translataque gloria*, novum institueret, cujus spectabili Capiti Regni sui Claves, hoc est, Ecclesiæ totius regimen, aliis, quos ipse innueret, adscitis, pro se committeret.

45. Jam quis tandem, nisi Hostis Fidei infensissimus, post exhibitum ab ipso Christo gregis Domino tantorum testimoniorum exemplum (facto ipso commendans, neminem, *a se venientem*, ovilis sui Præfectum agnoscendum), tantum sibi umquam arrogare præsumet, ut anticis, seu *a priori*, ut vocant TT., testimoniis ad Ecclesiæ imperium nullis præmonstratis, vel in minimam dividendi, ac pascendi gregis partem se impudenter ac temere ingerere, aut, propriis pulsis Pastoribus, alios intrudere, præficere, ac consecrare audebit? Consulto vero Tò *a priori* posui; quandoquidem nisi per summam im-

 pru-

prudentiam, nedum divinam, ſed nec prudentem dumtaxat cujuſquam inſtitutionem dixeris, quam temere ſuſceptam, vel feliciſſimus ſucceſſus caſu aliquo, ab occulto divino conſilio, ſequeretur. Quid vero, ſi divinam contendas miſſionem tuam ab uno ſucceſſu, quem præpoſtere dumtaxat felicem voces; revera autem infeliciſſimus ſit, ac omnium lacrymis ſummopere deplorandus? Enimvero haud aliter res habet de *Proteſtantiſmo*: neque enim aliud pro fruſtra tentatis miraculis (1) documentum oſtentat *Lutherus* (2), quam citiſſima ipſius corruptæ doctrinæ propagatio, hoc eſt, quod *multi* ſequuti fuerint ipſius *luxurias*. (II. Petri II.)

46. Stultiſſimam Magiſtri jactantiam tantum non ſentiunt quidam ejus diſcipuli, ut ex his unus *Balthaſſar Meiſnerus* (In ſcripto contra Leſſium) Fœdiſſimis, ac factioni ipſi probroſiſſimis coloribus illam exornare non erubuerit; quippe, *ſi uſque adeo*, inquit, *moroſi in poſtulato eſtis, loco miraculi adlegare poſſumus magnum illud & admirandum Reformationis opus. Erat Lutherus miſellus Monachus, nec ferro* (negatio *malignantis eſt naturæ*; atque adeo ſi id de *Lutheri* partibus, uti de propagine non est mendacium, quid umquam tandem erit? Scilicet ejuſmodi homini hæc non imputantur, & cum ejus cauſam juvet, licere ſibi utile mendacium, fortaſſe volet. Haud equidem tantum adverſus Eccleſiam profeciſſent, ſi *una manu præferentes Bibliam*, ut de ejuſmodi ait *Voltairius*, *& enſem alia*, doctrinam ſuam non propagaſſent); *ſed Verbo Dei adgrediebatur Papam* (ipſius invictum Cuſtodem): *omnes Academiæ ſe doctrinæ illius opponebant* (Id vero præclarum eſt novæ omnino, nec a Chriſto inſtitutæ Eccleſiæ, in uno *miſello*, hoc eſt ſuperbiſſimo &c. *Monacho* conſiſtentis, teſtimonium): *omnes Cardinales, & Epiſcopi exſecrabantur* (ſcilicet magna hæc eſt doctrinæ fidei commendatio: qua omnes hæretici gloriari poſſint): *omnes Reges & Principes illum perſequebantur* (illius etiam protectores?

(1) *Solemne fuit* hæreticis gloriari de poteſtate patrandi miracula, ſed infelici prorſus eventu, teſte *Binghamo*, licet heterodoxo. *Cyrola* Arianorum Epiſcopus, apud Gregorium Turonenſem, cum in confirmationem ſuæ Religionis hominem, ſimulantem cæcitatem, illuminare vellet, revera excæcavit; & *Polychronius* in VI. Synodo tentans ob eumdem finem ſuſcitare mortuum, nihil profecit. Similia de *Luthero* referunt *Staphylus* & *Coclæus*; de *Calvino Bolſecus*, & de quodam ejus miniſtro *Alanus Copus* (Nicolaus Harpsfildus): quorum narrationum veritatem ab hæreticorum fraudibus vindicat Card. *Gotius*.... Bened. XIV. in Synopſi Cl. *Azevedii* lib. IV. Can. Ss. C. III. n. 18.

(2) Luther. to. VII., Witt. fol. 147. adv. *Hirc. Lipſ.*

res? & ejusmodi persecutio *propter justitiam*, quam *Lutherus* aperte persequebatur, fuit?) *Ipse terror orbis*, *Imperator Carolus V.* (pluribus intentus & absens, desideratus a nostris) *unum istum Monachum* (perduellem, *nec ferro* uno rem agentem) *debellare*, *veraque doctrina* (*αὐτος ἰφα*) *prædicationem impedire*, *cum maxime vellet*, *non potuit*. *Ejecta sunt e claustris dæmonia* (ut cum sectarum Capitibus incestuose copularentur, aut turbas cum ipsis undequaque cierent? Aut de quibus tandem dæmoniis loqueris, edissere)*: captivi sub tyrannide Papæ* (legitimis Superioribus debita, ac vota obedientia ejusmodi hominibus tyrannis fuit) *potenter* (sine ferro, sine argento & auro, sine rebellione, sine seductione, sine effrenata licentia, sine odio, sine.....) *sunt educti*. *Magna hæc fuerunt miracula* (mahometica) *& opera* (suspirans! exscribo blasphemiam) *Domini; adeo ut*, *qui attente legit historias illorum temporum: non possit non exclamare: a Domino factum est istud* (ut grando, ut fulmen, ut terræ motus, & cetera ejusmodi).

47. His, quibus hactenus bonus hic, posticis testimoniis, usus est, per posticas fenestras ascendentibus, dumtaxat aptis; ac plane a successu expectandis, pendere vult Ecclesiæ Majestatem, ut prudenter de cujusquam novi hominis extraordinaria missione, *doctrinisque variis & peregrinis* (Hebr. XIII. 9.) judicium ferat, ac censuram pronunciet; ejusque generis momentis eam esse contentam jubet, quibus omnes ætatis nostræ sectas *Epicureismus*, *Mahometismus*, *Arianismus*, *Manichæismus*, luxuries, febris, cancer, ignis &c. facile superant. „ *Nempe* ad propositam vitæ licentiam populum ruere „ id habet tantam miraculi speciem, quantam saxa deorsum ruere; (*Thomas Morus de isto miraculo ad Pomeran.*) „ *nec* quia aliquid „ veri afferret Epicuri disciplina multo celebrior semper fuit, quam „ ceterorum, sed quia multos ad populare nomen voluptatis invi„ tat. Nemo enim non in vitia pronus est: (*Lactant. L. III. de fals. Sap. c. XVII. fol. vers. 98. ed. Flor. 1513.*) „ neque um„ quam *Arianismus* veræ se probaverit Ecclesiæ, quod „ *Arius una scintilla...... quia non statim oppressa est*, *totum orbem*, *ut Hieronymi* utar hyperbole „ *ejus flamma depopulata sit*. Haud absimile propagationis portentum legetis de *Manichæismo* apud *Baronium*. (An. Chr. 271.)

48. „ Vane ergo & inconsiderate plerique hoc ipso scandali„ zantur quod tantum hæreses valeant....... Febrem neque quia

„ est,

,, eſt, miramur.......neque quia erogat hominem: ad hoc enim ,, eſt;........abominamur potius, quam miramur; & quantum in ,, nobis eſt, præcavemus....... Hæreſes vero malunt quidam mi- ,, rari, quod hoc poſſint, quam devitare ne poſſint, cum devitandi ,, habeant poteſtatem. Ceterum nihil valebunt, ſi illas tantum va- ,, lere non mirentur. Aut enim, dum mirantur, in ſcandalum ſub- ,, miniſtrantur; aut quia ſcandalizantur, ideo mirantur, quod tan- ,, tum valeant: quaſi ex aliqua veritate veniant........ In pugna ,, pugilum, & gladiatorum plerumque non, quia fortis eſt, vincit ,, quis; ſed quoniam ille, qui victus eſt, nullis viribus fuit...... ,, Solent quidem iſti Miriones etiam a quibuſdam perſonis ab hæreſi ,, captis ædificari in ruinam...... Saul..... livore evertitur. Da- ,, vid.....cædis & ſtupri reus eſt. Salomon.....ad idololatriam ,, a mulieribus inducitur....... Quid ergo ſi Epiſcopus, ſi Diaco- ,, nus, ſi Vidua, ſi Virgo, ſi Doctor, ſi etiam Martyr lapsus a ,, Regula fuerit: ideo hæreſes veritatem videbuntur obtinere? Ex ,, perſonis probamus Fidem; an ex Fide perſonas? ,, (*Tertull. L. de Præſcript. a n. I.*)

49. At at ſtulti, & vacillantis fidei homines, nos merito habe- remur; ſi quod *Meiſnero* viſum eſt, miracula poſtularemus; a quibus videlicet, Luthero, cæteriſque Novatoribus præſentibus, ac futuris Chriſtianum hominem fidem habere poſſe, crederemus. Haud qua- quam ſane *moroſi* ſumus, aut fuimus in ejuſmodi *poſtulato*, quod du- bii hæreamus de Duce, quem ſequi Chriſtianum hominem, neceſſe ſit. Miracula poſtulamus, hoc eſt, plane deſiderari, dicimus a pu- ri Verbi Dei prophetia, a Conceptionis & Nativitatis prodigiis, a divino Jeſu Chriſti oraculo & encomio, ab admirandæ denique vitæ auſteriſſimæ conſuetudine; hæc, inquam, deſiderari, dicimus eorum maximo bono, quos hac ratione ab iis ſectandis, qui ſe a Deo, uti olim *magnus* ille *coram Domino*, *Joannes Baptiſta*, miſſos blaſphemant, urgente charitate, avocemus. Quod ſi doceri cupias, unde tanta Chriſtiano de Fide certitudo eſſe debeat, ut numquam inter veteris Eccleſiæ dogmata, a Chriſto per Apoſtolos, PP., CC., Chriſtique univerſales Vicarios continua ſucceſſione palam accepta, ac nova do- ctrinæ ſyſtemata hærere ipſi, expectatis miraculis, fas ſit: miſſis aliis bene multis, in mentem modo præ omnibus incurrunt Apoſtoli, in ſua ad Galatas Epiſtola (*Ad Galat. I. a. v. 9.*), iſtiuſmodi ſenſus, ac bis, ob rei ſummam gravitatem, repetita cenſura: ,, Miror

,, quod

,, quod sic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocavit in gra-
,, tiam Christi, in aliud Evangelium: quod non est aliud, nisi sunt
,, aliqui, qui vos conturbant, & volunt convertere Evangelium
,, Christi. Sed licet nos, aut Angelus de cælo evangelizet vobis,
,, *præterquam* quod evangelizavimus vobis, anathema sit. Sicut
,, prædiximus, & nunc iterum dico (*absque hyperbole*): Si quis vo-
,, bis evangelizaverit *præter* id, quod accepistis, anathema sit.

50. Jam τὸ *præterquam* & τὸ *præter* (græce παρὰ) pro *contra*, ac in malam partem, positum: cum verbi ex contextu vis (*V. Schrevelii Lexic V.* παρὰ *cum græco textu*); tum Patrum auctoritas evidenter demonstrat (*consulesis Alap. & Calm.*). Et quidem latum a *Paulo* anathema (quod cave ne *brutum fulmen* contemptim appelles), nedum in eos dumtaxat est, qui novam contra omnes fidei articulos doctrinam cuderint: sed in eos etiam intortum vult, qui vel uni Ecclesiæ, quam ipse *columnam & firmamentum veritatis* (I. Tim III. 15.) accepit, & docuit, Definitioni adversentur: ,, *Non dixit*, (auctore hic *Chrysostomo*) *si* contraria *nunciaverit*, *vel everterit* omnia; *sed si nimirum* quid *evangelizaverit præter id*, *quod evangelizavimus*; *& si quid forte commoverit*, anathema sit.

51. Ecquid, inquis, ad tantum ex apostolico cœlo vibratum fulmen Sectarii? Hoc, inquiunt, nehilum quidem nos tangit, hoc est, eos, qui *contra*, sed eos qui præter quod acceperunt evangelizant: scilicet Catholicorum Concilia, Sanctos PP., Pontifices, aliosque Romanæ Ecclesiæ ubique diffusæ Pastores Doctoresque. Rursus non ii, eorum perversa interpretatione, tacti fulmine, qui *detrahunt* ac destruunt; sed illi, qui ab accepta divinitus auctoritate interpretandi, addendo ædificant. Vere hic quam maxime, quod dicere liceat, *videntes non vident*, *& audientes non intelligunt* Sectarii. Videant, quæso, audiantque nobiscum, ut tandem *idem sapiamus*, *idem dicamus omnes*, Magnum *Augustinum*: *Prorsus*, ait is, *admonitio beatissimi Apostoli de vestris cordibus non recedat*: *Si quis vobis evangelizaverit præter quod accepistis*, *anathema sit*. *Non ait plusquam* accepistis; *sed præter quod accepistis*. *Nam si illud diceret*, *sibi ipsi præjudicaret*, *qui cupiebat venire ad Thessalonicenses*, *ut suppleret*, *quæ illorum fidei defuerunt*. *Sed qui supplet*, *quod minus erat addit*; *non quod inerat tollit*: *qui autem* prætergreditur *fidei regulam*, *non accedit* (passus passibus addens) *in via*, *sed recedit de via* (Aug. Tract. XCVIII. in Joan. n. 7. To. III. par. II.)

52. No-

52. Novimus profectò quò illiuſmodi, pro ſale, pipere evanido conditis interpretationibus ſpectent ſectarii: nempe cuperent os obturare Eccleſiæ Matri, a qua *receſſerunt*; ne videlicet adverſus nova opinionum portenta hiſcere omnino poſſet. At Eccleſia jus ſuum ac conditionem probe tenet: ſcitque ſe divinitus conſtitutam, ut in Domini vinea, ſibi ad excolendum tradita, *deſtruat*, *evellat*, *diſſipet*, *ædificet*, *ac plantet* quæ pro temporum circumſtantiis, pro errorum qualitate, pro ſpe fructus, pro damno, hujuſque periculo, pro veritatis manifeſtatione, deſtruenda, diſſipanda, evellenda, ædificanda ac plantanda noverit. „ *Creſcat igitur oportet*, ut Vincentii Lirinenſis apud *Cabaſſutium* (1) verbis utar, *& multum vehementerque proficiat tam ſingulorum*, *quam omnium; tam unius hominis*, *quam totius Eccleſiæ*, *ætatum ac ſæculorum gradibus*, *intelligentia*, *ſcientia*, *& ſapientia*. Verum de his in præſentia ſatis multa. Ut autem eò, unde profectus, ſermo redeat: ne quæſo, fruſtra oleum operamque perdant ſectarii, miracula commentando in falſæ doctrinæ commendationem: quid enim *Lutherus*, quid *Meiſnerus* hac via profecerint, pro inſigni miraculo celeri qualicumque propagatione venditata, hoc eſt, nihil; aperte hic, ut ingenio pollent, intelligunt. Pro miraculis propagationis, quærant potius *propheticum ſermonem*, ſed a *Petro*; quem nemo de *Luthero*, gregalibuſque, ſi ſtudio partium vacet, prophetaſſe inficiabitur, cum de futuris hæreticalibus propagationibus loquutus, quod oportet repetere, prædixit: *Et multi ſequentur eorum luxurias* (II. Petri II. 2.): quærant item a *Paulo*, de iiſdem præfatus: *Sermo eorum*, *ut cancer ſerpit* (II.

ad

(1) Cl. *Cabaſſut.* in *Notit. Concilior.* edit. venetæ 1759. in 8. pag. 300. Hunc ideo hìc laudo, ut hac occaſione, de fraude citatæ editionis apud *Antonium Bortoli*, Juvenes ſtudioſos, ut caveant, præmonerem; pagina enim 232. ad Can. 4. Concilii Arauſic. II., relatis verbis *S. Aug.* „ *Profectò & ipſum bonum velle Deus operatur in homine*, *& in omnibus miſericordia ejus prævenit nos: conſentire autem vocationi Dei*, *vel ab ea diſſentire*, *ſicut dixi: propriæ voluntatis eſt*, relatis, inquam, his verbis, ſubditur: NOS VERO ERROREM ILLUM PRORSUS AVERSAMUR, QUI VOLUNTARIUM, CUM LIBERTATE CONCILIET.

A gravi hìc cubante hirco excitatus, editionem Societatis Venetæ eadem forma anni 1692. ſtatim conſului; in qua aliter atque aliter res habet; pro illis enim, majori charactere deſcriptis, hæc leguntur pag. 276. „ Nos „ vero errorem illum prorſus averſamur, qui voluntarium cum libero ita „ confundit, ut ipſam etiam neceſſitatem cum libertate conciliet. „ Nec fortaſſe unus ille corruptus locus eſt. Certe ex juris Regul. ſemel malus ſemper malus præſumendus in eodem genere mali.

ad Tim. II. 17.), & rursus: *Mali autem homines, & seductores* Proficient In Pejus *errantes, & in errorem mittentes*. (Ibid. III. 13.) Quæ dum ex hisce Apostolis memoro, datæ lectoribus fidei in hujusce §. titulo recordor; quam quidem ex parte saltem liberavi, licet *Petri*, *Paulique* non omnia, quæ dare institueram in medium protulerim. Itaque ut totam penitus fidem liberem, esto.

PARS II.

Argumenti propositi continuatio, recente Saturnalium fructu cumulata.

53. INvidiosum studii nostri fastidium lenit, laboremque dulcem reddit ac suavem, quæ, certa spes, affulget, fore, ut a signis, a Christo, ejusque Apostolis Ecclesiæ relictis, *insipientia* Hostium Fidei tandem aliquando *manifesta omnibus* appareat (*II. ad Timoth. III. 9.*): *non enim vel abscondunt imperitiam suam, sed pro summa peritia proferunt in lucem, & jactantia (al. jactantiam) sermonis ostentant* (August. lib. II. qq. Evang. C. XL. n. 2. to. III.); ut propterea externa & palam professa hæresis lepræ, quæ coloris vitium præsefert aptissime ab eodem *Augustino* comparetur (*Ibid*); atque adeo, ut olim ista; exteriori Sacerdotii ministerio obnoxia, uniformi, vero, ac sincero Ecclesiæ doctrinæ colore inducto, varietate abstersa, sananda est: *Doctrina* etenim *vel imbuendi per sacramenta, vel catechizandi per sermonem sonantem, atque lectionem: ubi color quidam intelligitur verus atque sincerus; quia in promptu est, & foris eminentissimus* (*non enim in occultis cogitationibus, sed in manifestis operibus hæc aguntur*) Ecclesiæ proprie contributa est...... *ut ipsa societas* (unica, & ubique eadem) *congregatorum fidelium approbando in invicem, atque communicando vera fidei doctrinam, in omnibus, quæ dicuntur, verbis, vel signantur Sacramentis, tamquam* unam speciem veri coloris obducat (*Ibid. n. 3.*): unam, inquam, contra ac facit hæresis; quippe quæ falsa veris permiscens ac profitens, nedum fidei animam corrumpit, sed ejusdem externum aspectum, fœda colorum varietate, inficit ac maculat.

54. Ne vero nominatim perstringi se quis hic arbitretur, meminerit, quæso, datæ a nobis ipso Velitationis initio, & hactenus liberatæ fidei, & denuo securus pergat. Age ergo, & Apostolo-

rum Principem *Petrum*, cujus primæ a Christo docendi partes, primum audiamus. *Fuerunt*, inquit, (II. Petr. II.) *& Pseudo-Prophetæ in populo, sicut & in vobis erunt Magistri mendaces* (de quibus cum Joanne dicimus: „ Ex nobis prodierunt sed non erant ex nobis: „ Nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum. *I. Joan. II.* 19.), *qui introducent Sectas perditionis* (quod enim a corpore secatur, putrescit, inficit, ac corrumpit), *& Eum, qui emit eos, Dominum negant* („ Scitote quoniam Dominus ipse est Deus „ *Psal. XCIX.* 3.: Id scivit *Augustus Cæsar*, *Domini* appellationem hac de causa detrectans. *Ap. Sueton. in Augusto*. Ea hic meminisse juverit, quæ antea perpendimus a num. 26. ad 31., quibus adde ex *Decem Rationibus Campiani*, Decima Ratione, pag. 76., hæc: „ Christum Lutherus, Catholici Christum loquuntur. Num divisus „ est Christus? Minime. Aut nos, aut illi falsum Christum loqui- „ mur. Quid ergo? Dicam. Christus ille sit, & illorum sit, quo, „ *Dagon*, invecto, cervices fregerit, *I. Reg. V.*. Noster Christus „ opera nostrorum uti voluit, cum Joves, Mercurios, Dianas, Phœ- „ bades ..... e tot populorum cordibus relegaret ..... Finitima tan- „ tum, atque domestica speculemur. Hiberni ex *Patritio*, Scoti ex „ *Palladio*, Angli ex *Augustino*, Romæ Sacratis, Roma Missis, Ro- „ mam Venerantibus, Fidem haud nullam, aut certe nostram, id est, „ Catholicam, insuxerunt. Res aperta. Curro.), *Superinducentes sibi celerem perditionem* („ quoniam mors non tardat „ *Eccli. XIV.* 12. Plerique etiam Hæresiarchæ nedum celeri perditione, sed infelici, & infami apud homines morte sublati sunt: nominasse sufficiat *Simonem* Magum, *Manetem*, *Montanum*, *Donatistas*, *Arium*, *Julianum* Apostatam, *Priscillianum*, *Leonem* Armenum, *Heraclitum* Imp. Monothelitam, *Theodoricum* Arianum, *Valentem* Arianum, *Nestorium*, *Hunnericum*, *Anastasium* Imp. Eutychianum, *Lutherum* post lautam cenam nocte suffocatum, *Zwinglium*, in bello Helvetico omnia Catholicorum tela se excepturum, promittentem, ab ipsis interemptum; *Carlostadium* a dæmone abreptum, *Calvinum* a vermibus consumptum inter blasphemias animam exhalantem. *Consulesis P. Alap. in hunc Petr. loc.*). *Et multi sequentur eorum luxurias* (vulgatissima *Lutheri*, *Calvini*, *Bezæ &c. &c.* Sacrilegia, & portentosas libidines haud admodum quidem miramur; quippe ejusmodi hominum *luxuriæ* hic non conjectantur, sed certo prædicuntur: hinc, vel certe doctus experientia, ajebat *Hieronymus: nulla hæresis nisi propter gu-*

lam,

lam, veneremque construitur, ut seducat mulierculas oneratas peccatis. In C. III. Hierem.; & rursus: *difficile est invenire hæreticum, qui diligat castitatem*. Idem in C. IX. Oseæ.), *per quos via veritatis blasphemabitur*. (Via veritatis sit, non privata aliqua versio, sed Catholica scriptura; Catholica doctrina per PP. tradita; Principia item Catholica, & doctrinæ semina per Apostolos in excolendo universæ Ecclesiæ campo recondita; e quibus omnibus Fidei Judices, Episcopi cum Petri Successore, pro Fidei sensu, ipsis divinitus indito, Judicia dogmatica ac Definitiones, jugulandis erroribus, condunt; quæ judicia, ac definitiones via veritatis Catholico sunt, contra ac hæreticis, *per quos via veritatis blasphematur*); *& in avaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur*. (Quis sumptus, emunctis seductione populis, hac illac positos, noverit, erroribus promovendis, protectione ac tolerantia captandis, hæreticalibus scriptis edendis, seditionibus inflammandis ac sustinendis?).... *Novit Dominus.....iniquos.... reservare cruciandos: magis autem eos, qui post carnem in concupiscentia ambulant, Dominationemque contemnunt*. („ Quam hoc de Nova-„ toribus *sit verum*, subdit Cl. *Alapide*, *omnes Historiæ loquuntur*, „ *imo* oculis nostris vidimus in bellis, quæ hæretici rebelles in „ Francia, Germania, Anglia, Belgio suscitarunt. „ Nempe auctore *Luthero*, in Bulla, ni fallor, contra Ordinem Ecclesiasticum, *Evangelium quocumque venit, oportet, ut tumultuetur; nisi id faciat, non est verum*. In mentem revoca, quæ de hoc argumento scripsimus in Prodromo a n. XX. ad XXXV. Dolendum vero quam maxime, quod *Orestes* ille nondum finitus sit; & modo hoc, modo illo habitu in scenam identidem prodire amant seditiosorum prætextuum fecundi; sed qui sub istorum velamine lateat spiritus, & hodiernus quidem, divini, Ecclesiastici, ac secularis Ordinis perturbator spiritus, facile se prodit: idem profecto, qui fuit *Levellıorum*, anglice *Levellers*, *qui Politici regiminis*, uti enarrat Cl. *Graveson* (1) *sunt jurati Hostes, dumque naturalem hominum æqualitatem, qua nec opibus, nec honore, nec potestate alter alteri antecellat, inducere gestiunt, ad excitandas adversus Magistratus seditiones, pronos promptosque se se exhibent*. Brevius alii: *Leveller*: „ applanisseur; *au figure* „ qui rejette toute superiorite (legitimam, tam Ecclesiasticam, quam secularem) „ & veut

 tout

(1) Cl. Graveson Eccles. Histor. to. VII. Colloqu. III. p. 95. edit. Venet. 1764.

,, tout reduire à l'egalitè (1). Explicatius in Encyclopedia ex *Chambers:* ,, *Egaleurs*......nom qu'on donna en Angleterre pendant les ,, troubles, qui agiterent ce royaume sous Charles I. à un parti ,, de Factieux, qui vouloient ègaler toutes les conditions des habi-,, tans de la grande Bretagne; de sorte que les Lois pussent obli-,, ger toutes sortes de personnes, & qui ni la naissance, ni la di-,, gnitè ne put dispenser, qui que ce fut, des poursuites de la ju-,, stice. Ils furent defaits, & dissipes par Fairfax en 1649. dans ,, le comte d'Oxfort. ,, Ab ejusmodi jam prædamnata peste, & quidem in Regno, ubi omnis fere error impunitate gaudet, liberet nos Dominus.) *Audaces, sibi placentes* (qui privatum videlicet judicium suum Catholicis Ss. PP., Summorum Pontificum, Conciliorum, atque adeo totius Ecclesiæ Catholicæ sententiis, ac de Fide judiciis audentissime sub Christiano nomine præferant) *Sectas* (immane quot!) *non metuunt introducere blasphemantes..... percipientes mercedem injustitiæ.* (Ut mittam alia, notissimum omnibus est, Innocentium X. in Bulla *Zelus Domus Dei* solemnissime protestatum esse contra Pacis Religiosæ, ac Westphalicæ *articulos, cæteraque in dictis Instrumentis contenta, quæ Catholicæ Religioni, Divino Cultui, Animarum Saluti, eidem Sedi Apostolicæ Romanæ, & inferioribus Ecclesiis, ac Ordini, & Statui Ecclesiastico, illorumque Personis, membris, rebus, bonis, jurisdictionibus, auctoritatibus, immunitatibus, libertatibus, privilegiis, prærogativis, & juribus quibuscumque quomodolibet officiunt, seu præjudicium etiam minimum afferunt, aut inferre, seu intulisse, & alias nocere, aut nocuisse quoquomodo dici, intelligi, prætendi vel censeri possent, cum omnibus inde secutis & quandocumque sequendis;* declaratque *ipso jure nulla, irrita, invalida, iniqua, injusta, damnata, reprobata, inania, viribusque, & effectu vacua omnino fuisse, esse, & perpetuo fore; neminemque ad illorum, & cujuslibet eorum, etiamsi juramento vallata sint, observantiam teneri.* Hæc transcripsimus ex Cl. germanico Scriptore *Ruprecht* (2), qui externæ pacis causa, Germano haud licere illiusmodi articulos impugnare, dicit. Ejusmodi pacem ne quidem nos perturbare volumus. Qui igitur, inquis, hæc affers?

(1) Cll. Chambaud & Robinet. A New Dictionary.... vol. II. v. Leveller.
(2) Cl. Ruprecht in Notis Historic. in univers. Jus Canon. tit. II. de Constitutionib. C. X. n. 366. p. 104. edit. venet. 1764. Videsis Jus Canonic. Schmalzgr. to. V. tit. VII. de Hæret. a n. 171.

affers? Ut nempe absque ulla perturbatione, ac omnino pacate, quod multi fecerunt, saluti suæ quisque consulat), *Voluptatem existimantes diei delicias* (contra purissimum Dei Verbum: *Sicut in die honeste ambulemus, non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitiis.* Ad Rom. XIII. 13.) .... *in conviviis suis luxuriantes vobiscum* (si licet, vide in Bayle Dictionario V. *Lutherus* eorum Protestantium suggillatam imprudentiam, qui illius *Colloquia Mensalia* in vulgus ediderunt. Imprudens scilicet consilium, herculeo aliis labore, lavando Æthiopi, desudantibus); *pellicientes animas instabiles* (id sibi honoris habeant, qui etiamnum *circumferuntur*, veluti versatiles elati in turribus indices, *omni vento doctrinæ.* Ex Epist. ad Ephes. IV. 14.), *Cor exercitatum avaritia habentes* (La haine du nom Chrètien est telle au Japon, qu' on n' en approche point aujourd' hui sans fouler le Christ aux pieds, cèrèmonie ignominieuse, a la quelle on dit, que quelques Europèens (ex Protestantibus Iconoclastis) plus attaches à l'argent qu'à leur Dieu, se soumettent sans repugnance. In Encyclop. V. *Japonois.*): *maledictionis filii* ..... (*Lutherus* ex abundantia cordis hoc Xenium pro novo anno S. *Petri* Cathedræ olim misit: *Martinus Lutherus S. Sedi Romanæ meam gratiam, & salutem*: quæ autem sit *Lutheri* gratia & salus ex continuo subjecta maledictione videto: *Sanctissima Sedes crepa.* Ejusmodi alia quærenti facile occurrent) *Superba enim vanitatis loquentes* .... LIBERTATEM ILLIS PROMITTENTES (a peccatis, a legibus, ab omni Potestate, a virtutuum operibus: *nullo quippe opere*, ait Lutherus (lib. de libert. Christ.), *nulla lege homini Christiano opus est, cum per fidem sit liber ab omni lege. O miserabilem justitiam*! (bonorum operum) succlamat Calvinus (1) O! *perniciosum errorem prædicantium Christum novum legislatorem: quasi veterem legem abrogaverit, ut novam Christianis omnibus legem imponeret* .... *Non habuit profecto Christus id operis, ac muneris, ut novam institueret legem* .....; *Nostri vero novitii Theologi pro liberatore legislatorem* .... *suscipiendum docent.*) Exlex legulejus iste autotheologus Catholicos omnes Doctores, PP., Pontifices, & Magistros, *novitios theologos* impudentissimo, ac blasphemo ore appellat.

§. II.

(1) *Calvin.* In illud Apost. ad Galat. *Misit Deus* ap. *Frassen.* Consulesis Exim. *Suarez* De Legibus lib. X. C. I.

§. II.

55. QUid *Calvinus*, quid *Lutherus* doceant, ab ipsis accepimus; Æquum omnino ergo esto, ut, quæ Catholici doceamus, a Catholicis; minime ab eorum Hostibus, ediscatur. Itaque utut Œcumenicum Concilium Tridentinum Fidei Hostes, quia ipsis aperte contrarium, canino dente arrodant; in ipso tamen, si quam rejiciunt, Catholicorum doctrinam cognoscere, ut par est, amant, neutiquam vero in *Kemnitio* (1), aliisque gregalibus, legant, opus est; ne videlicet andabatarum more semper confligant. Quæ igitur hac in re Catholicæ Ecclesiæ Fides sit, ac doctrina, tribus hisce Canonibus a Tridentinis Patribus declaratur: *Si quis dixerit, nihil præceptum esse in Evangelio præter fidem, cætera esse indifferentia, neque præcepta, neque prohibita, sed libera; aut decem præcepta nihil pertinere ad Christianos, anathema sit* (2). *Si quis, hominem justificatum, & quantumlibet perfectum, dixerit, non teneri ad observantiam mandatorum Dei, & Ecclesiæ, sed tantum ad credendum: quasi vero Evangelium sit nuda, & absoluta promissio vitæ æternæ sine conditione observationis mandatorum, anathema sit* (2). *Si quis dixerit, Christum Jesum a Deo hominibus datum fuisse, ut Redemptorem, cui fidant; non etiam ut legislatorem cui obediant, anathema sit* (2).

56. Haudquaquam igitur, ut calumniatur *Calvinus*, pro liberatore legislatorem suscipiendum, docemus; sed utramque laudem, & Liberatoris, hoc est proprii nominis Redemptoris contra *Socinum*, & Legislatoris contra omnes *Antinomos* (3), ex manifestissimo Dei verbo Christo deferimus; perfectam enim *Redemptionem misit Deus* per Filium *populo suo*; simulque *mandavit in æternum testamentum suum* (Psalm. CX. 8.): *multifariam* siquidem, *multisque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis*: *novissime diebus istis locutus est nobis in Filio* (Hebræor. I. 1. 2.); qui prædictus ille a *Moyse* Legislator est, cujus communibus ac stabilibus præceptis, quod postulat legis

(1) Martin. Kemnitius in suo Examine Conc. Trident. multa falsa per calumniam ipsi imponit, quasi ab eo docerentur. Cl. Jos. Gautier in Prodr. ad Theol. Differt. II. C. IV. art. II. n. 325.

(2) Conc. Trident. Sess. VI. Cann. XIX. XX. XXI.

(3) Antinomorum, hoc est, Adversariorum legis parens vulgo habetur *Joannes Agricola*, Lutheri discipulus, ob sæpius fortasse buccinatum impudens principium: *Quidquid libet, licet; modo in Christum credas*. Ex Gaut. cit. n. 22.

gis ratio, nedum hebraicus populus, uti, Ejus typo, Moysi, sed Orbis universus, in quem Legis suæ Promulgatores mittere per Ecclesiam non cessat, obnoxius esset. ,, *Moyses quidem dixit*, ajebat in concione ad Judæos *Petrus*, *quoniam Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester de fratribus vestris, tamquam me* (Principem populi Dei, Ducem, Legislatorem &c.): *Ipsum audietis juxta omnia quæcumque locutus fuerit vobis. Erit autem: omnis anima, quæ non audierit* (auditu utique fidei, etiam practicæ) *Prophetam illum, exterminabitur de plebe..... misit eum* (Deus), *ut convertat se unusquisque a nequitia sua* (Act. III. a v. 22.); Ipsius dictis utique obtemperando: quandoquidem *non auditores legis justi sunt apud Deum*; *sed factores legis justificabuntur* (Rom II. 13.).

57. Christus rursus idem ille est, quem obsequentissimo affectu tenerrime appellavit *Isaias*: *Dominus Legifer noster* (Isai. XXXIII. 22.); quin Ipse, qui dixit: *antequam mundus, & Abraham fieret, ego sum* (Ex Jo. XVII. 5. & VIII. 58.), per *Jeremiam*: *dabo*, inquit, *legem meam in visceribus eorum* (Jerem. XXXI. 33.); Legem utique Fidei ac Legem morum, a quarum observatione *Beati* ab eodem pronunciantur, *qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud* (Luc. XI. 28.). Præterquam quod Christus Dominus *Rex* est vel ipsorum *Regum, & Dominus Dominantium* (Apoc. XIX. 16.): Regemque se apud Pilatum professus est, cum annuendo respondit: *Tu dicis quia Rex sum ego* (Jo. XVIII. 37); nec quidem tantum qua Deus, sed etiam qua homo; Regnum enim sibi *acquisivit*, quam sapientissimo consilio condidit, Ecclesiam, *Sanguine suo* (Act XX. 28.). Jam *verus Rex*, quod nemo nescit, nec frustra tamen propter inimicos nostros scribimus cum Suarez, *habet potestatem ferendi leges, atque adeo & obligandi* (Suarez to. XVI. in 3 p. Disp. XLVII. sect. II.); ac τὴν νομοθετικὴν partem esse τῆς βασιλικῆς animadvertit etiam *Petavius* (To. V. lib. XII. de Incarn. C. XV. n. 8.) ex *Platone*: atque adeo quemadmodum Christus summus Rex salutatur, *per quem Reges regnant*; ita summus Legislator, cui *nullus similis in Legislatoribus* (Apud Job. C. XXXVI. 22., si *Eliu* apud *Job* recte interpreteris), per quem *legum conditores justa decernunt*, audire debet.

58. At Regnum Christi *Regnum* illud *cælorum est, quod præsentis temporis Ecclesia dicitur* (S. Greg. hom. XII. in Evang.), *Regnum non de hoc mundo*, Regnum Spirituale. Utique: & Chri-

stus

ftus ejus Conditor, & Caput, Rex Sacerdos; qui ficuti *quæ propria Sacerdotii*, *Regibus interdixit* (Fac. Hermian. lib. XII. C. XIII.), ita eorum *Dominationem* noluit impedire (*Videfis Auguft. tract. CXV. in Joan.*): imo talem fide, religione, ac operibus fibi ex omnibus gentibus tandem comparandam *hanc* Fidelium *generationem* Pater optimus ordinavit, ut ab Ejus divinis legibus ac hierarchica Conftitutione publica falus, pax, tranquillitas, *Rectorifque*, *quem in unamquamque gentem præpofuit* (Eccli. XVII. 14.), fecuritas firmiffimo omnium, vel hoftium noftrorum a veritate extorto teftimonio, fundamento nitatur ac gaudeat. *Proinde qui doctrinam Chrifti adverfam dicunt effe Reipublicæ*, *dent*, poftulamus cum Auguftino (*Epift. CXXXVIII. al. V. ad Marcell.*), *exercitum talem*, *quales doctrina Chrifti effe milites juffit*, *dent tales provinciales*, *tales maritos*, *tales conjuges*, *tales parentes*, *tales filios*, *tales dominos*, *tales fervos*, *tales reges*, *tales judices*, *tales denique debitorum ipfius fifci redditores*, *& exactores*, *quales effe præcipit doctrina chriftiana: & audeant eam dicere adverfam eam effe rei publicæ*, *immo vero non dubitent*, *eam confiteri magnam*, *fi obtemperetur*, *falutem effe rei publicæ*........ *Quæ plane* (Catholica lex & doctrina) *fi*, *ut dignum eft*, *audiretur longe melius Romulo*, *Numa*, *Bruto*, *cæterifque illis Romanæ gentis præclaris viris*, Conftitueret, Confecraret, Firmaret, Augeretque rem publicam (1). Quæ fi ego hic demonftrare fingillatim aggrederer, injurius merito viderer *Auguftino*; quafi is, levibus, aut dubiis rationibus, aut etiam Ecclefiæ Hierarchiæ adblandiens, tantum dederit Catholicæ Doctrinæ. Quod tamen poftremo loco pofuit *Auguftinus* de re publica per veram Religionem, fi audiretur, augenda: illi, qui *non percipit ea*, *quæ funt Spiritus Dei* (I. Cor. II. 14.); aut quæ hac fuper re Ecclefiæ doctrina præ fe ferat, probe non teneat, maxime mirandum, fin minus falfum, fortaffe videbitur. At omnis credo contrarius error, & admiratio ceffabit, fi ad pauca, quæ hic fubjicio, abjectis educationis, aut aliunde imbibitis præjudiciis, animus veri cupidus advertatur.

59 Itaque I. Ecclefiæ Catholicæ doctrinam, propofito illo *Legislatore & Judice*, omnia, vel occultiffimas congitationes, intuenti; *quique poteft* æternum *perdere & liberare* (Ex Iacob. IV. 12.) eam mo-

(1) Id. ibid. n. 10 ibique de hoc argum. plura. a n. 9.; de quo item in fuperiori Prodromo fatis copiofe egimus.

morum licentiam ac fœditatem graviter aversatur, ac cohibere adlaborat, a qua humani generis propagatio vel minimum (quò lex humana non pervenit) patitur detrimentum; sæpissime enim palam, & item clam aures accommodantibus inculcat ex Apostolo: *An nescitis quia iniqui Regnum Dei non possidebunt? Nolite errare: neque fornicarii .... neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores.. neque ebriosi .... Regnum Dei possidebunt .... Esca ventri & venter escis* (Hæc, mater libidinis, intemperantia) *Deus autem & hunc & has destruet .... Fugite fornicationem* (I. Cor. VI. a v. 9.)

60 II.° Ab eadem Catholica Doctrina ad ea, quæ humanam propagationem promovere nata sunt, consiliis, exhortatione, ac præceptis homines inducuntur: intemperantibus enim, nulla voti religione impeditis, aptaque remedia adhibere renuentibus, cum eodem Apostolo edicit: *Qui non se continent, nubant* (Ibid. VII. 9.). Rursus iis, qui contra fas *invicem fraudant*: *Uxori vir debitum reddat*; *similiter autem & uxor viro* (Ibidem v. 3.). Item Matrimoniorum vinculis sartis tectis conservandis, Christi sententia utitur: *Quod .... Deus conjunxit, homo non separet* (Matth. XIX. 6.); laudatumque etiam Apostolum excitat, authenticam Christi Declarationem hisce verbis urgentem: *Iis autem, qui matrimonio juncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere. Quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir uxorem non dimittat* (I. Cor. VII. a v. 10.): in matrimonio quippe, vinculo & divortio pares potestate ambo sunt (*ex Apostolo ibid. 4. cet.*) Jure Evangelico; cum contra Civilia Jura, uti hic animadvertit *Calmet*, viris multo magis faverent, quam feminis; quin ipsa *Moysis* lex omnem, inquit, ferme libertatem viris tantummodo permittit. Illinc ergo, quod de vinculo legis, quo a morte viri soluto, uxor alii nubere *in Domino*, *Pauli* sententia, potest; (Ibid. 39.) dictum intellige ex æquo de viro, mortua dumtaxat uxore. Atque hinc denuo ex repetitis nuptiis, ab Ecclesia, contra *Montanistas*, ac *Novatianos*, non prohibitis, Catholicam Religionem, saluti ac æternæ suorum felicitati semper intentam, legitimæ propagationis augmento, aliud quidem veluti agentem, tute vides, consulere.

61 Quid? quod enumera, si modo potes, cum Orphanotrophiis eleemosynas, ac dotes, Catholica Religione, ejusque, ubi aliquando extitit, pietatis reliquis suadentibus, Puellis honeste instituendis, ac matrimonio tandem collocandis, hac illac elargitas, & plane con-

 fectas

fectas, annuatim distributas. Quid? quod etiam Catholicæ Ecclesiæ obedientiæ, concordiæ ac pacis imperturbatæ studiis, ab odiis, duellis, homicidiis, rebellionibus, tumultibus, seditionibus, injustis bellis summopere abhorentibus, ac christianos inter quammaxime pacem, ac quietem a bellis quibusvis, efflagitantibus: quantum, inquam, hominum incolumitas ac vita, atque adeo frequentia, ac propagatio ejusmodi studiis debeat, nullo calculo æstimari potest.

62. At enim hæcce humani generis propagatio ad Evangelicam obedientiam, ac disciplinam exacta, utut maxima esset, *Antinomis* displiceret: tribusque ex. gr., si memini, *Lutheri* filiis, a violato utrimque professæ castitatis Voto, gaudent magis, quàm tota, quanta est, legitima hominum frequentia recreentur; nec porro aliud jactata ab ipsis propagatio, quàm vox est, prætereaque nihil; nisi sacrilegæ impietatis velamen, a qua æque, imo plusquam angues virginitatem ac cœlibatum, & prata, in quibus gratissimi Deo flores, fructusque coluntur, oderunt. In quorum Anti-Evangelicam sententiam, quotus quisque est, qui non doleat, Christianissima Natione invita, altumque contra clamantibus dignissimis illius Ecclesiæ Cultoribus, ac ubivis per Catholicam Ecclesiam Bonis frementibus, lumini clausis oculis, pedibus aberrantibus impudentem Anti-Philosophiam ivisse? sed erit, erit tandem, *ut inveniatur iniquitas ejus ad odium* (Psalm. XXXV. 2.); iniquitas, inquam, adeo inventu facilis, ac ita abnormis, ut id dumtaxat boni, ejus occasione, sperare possis, quod a Fidei per tela per hostes persecutionibus, patientissime toleratis, Ecclesia, velut ilex tonsa bipennibus, numquam non tulit. „ Legislateurs modernes, que votre enthousiasme ègare, „ vous avez prononcè l' anèantissement de l' Etat Monastique, vous „ l' avez dèclarè contraire à la Constitution, que vous prèparez! „ quelle ètrange Constitution devons nous donc attendre de vous, „ puisque vous la dèclarez incompatible avec une Profession, qui „ se voue à la pratique de la perfection Evangelique (1)? „

Haud

(1) Ill. ac Rev. Elleon. de Castellane Episc. Telon. in Pastoral. Litter. 1. Jul. 1790. tom. II. ed. Rom Collect. inscriptæ *Testimonianze delle Chiese di Francia ec.* 1791. *pag.* 190.; quam Cl. Doctor Joan. Marchetti ex immortalibus Ecclesiæ Gallicanæ Monumentis (Μαρτυρίοιστε) in his temporum angustiis editis, optimo consilio compegit: unde nec illac sparsus per Ill. ac Rev. Episcopos, perill. Capitula, conspicuum Clerum, Christianissimum Populum, Christi odor suaviori ac potentiore vi ubique spiraret: hic enim uno fere

Haud igitur populi felicitas, ejuſque honeſta propagatio in iis quæritur: Legis dumtaxat, cujus vel nomen *Conſtitutionaria* Anti-Philoſophia aſpernatur, ac Legis quammaxime Catholicæ Religionis, quæ præ ceteris omnibus errori refragatur, odio præceps ducitur: cujus propterea profeſſoribus, ſi, Deum, dixeris, humana vinci liberalitate non pati; danti dare, ac ita dare, ut pro una vel alte-

oculorum obtutu, ſicuti audivimus, videmus, *unius* præmaxime illius Epiſcopatus invictum, ac cæleſti doctrina illuſtratum zelum, & conſtantiæ robur, a quibus, velut *Angelus Domini*, Fidei Hoſtes, validiſſimo lumini infenſos, ille *coarctat* (Pſalm. XLIV. 6.): ut maxima inde affulgeat ſpes divini auxilii, quo hæc jam fiunt, ad perfectam victoriam e proximo affuturi. Neque ſane imprudentes erimus, ſi ſpei, quam præſeferunt ſapientiſſimi illarum Eccleſiarum *Angeli* (hoc Epiſcopos honorat nomine *Joannes* in ſua Apoc. &c.) ſubſcribimus. „ François (ſpe iſta recreatus clamat communi omnium ſenſu, velut tuba exaltans vocem ſuam, unus ex ejuſmodi Angelis) „ François, peuple génereux, & humain! ces crimes, ne ſont
„ pas dans votre cœur! vous êtes aveuglés, & vous ſervez d'inſtrument a
„ ces apôtres de la doctrine abominable, que nous vous dénonçons au-
„ jourd'hui. Bientôt, nous aimons à le croire, vos yeux s'ouvriront, vo-
„ us appercevrez la lumiere; vous rougirez alors de vôtre égarement, vo-
„ us en déteſtrez les effets, vous maudirez ces monſtrueuſes maximes, qui
„ vous auront fait répandre le ſang de vos Freres, & de vos Concitoyens,
„ & qui ont mis la plus belle Monarchie de l'Univers, a deux doigts
„ de ſa perte. Mais eclaires par une lumiere plus pûre, vous pardonnerez
„ à ſes auteurs, vous les plaindrez, & vous ſerez diſpoſes á leur rendre le
„ bien pour le mal, qu'ils vous auront fait. (Vol. II. p. 178.) „ Nec plane, quicquam iſta fiducia deferveat, oportet, a longiſſimæ ætatis conſideratione, qua ſchiſmata & hæreſes, graſſari alias, conſuerunt; quandoquidem judicii ſacerdotalis, quod ſequimur, eſt, *lepram inter & lepram*, in utroque Teſtamento diſtinguere; & ab eadem, *cum effloruerit* Diſcurrens (nec intus conſidens) In Cute; quamvis *operuerit omnem cutem a capite uſque ad pedes*, *& quicquid ſub aſpectum oculorum cadit*.... docemur, tantum ab illius curatione non deſperandum, ut contra ab ejusmodi ſignis peccantis humoris purgatio arguenda ſit; atque adeo, a ſanitate, proxime inde ſequutura, *mundiſſimam lepram* pronunciandam (ex Levit. C. XIII. a v. 12. & cl. Alapide hic). Omnino de iis, qui exlegis libertatis amore divinæ ac humanæ obedientiæ jugum excutiunt, & a ſuperbis ſeducti, ſuperbientem Novitatem illi præferunt, prænunciavit ita *Auguſtinus*: „ *Audeo dicere ſuperbis utile eſſe cadere in aliquod apertum, & manifeſtum peccatum, unde ſibi diſpliceant, qui jam* ſibi placendo *ceciderant: ſalubrius enim Petrus ſibi diſplicuit, quando flevit; quam ſibi placuit, quando præſumpſit. Hinc ait Pſaltes: Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum, Domine* (Lib. XIV. de Civ. Dei). „ Quoniam autem ſpei meliorum temporum natura cum malorum, & quidem majorum, timore conſiſtere poteſt, ita ſapientiſſimi Antiſtites Populum ſpe *liniant*, ut illiuſmodi timorem, quo ferventius Deo pœnitentiâ placando incumbat, incutere non prætermittant: cujuſmodi præſidiis, neque nos, qui nobis ſtare videmur, cademus, Quoniam vero veterum Eccleſiæ hoſtium le-

ta prole, ſibi oblata, plures parentibus rependere ac conſervare; & *Annæ* ex ſacris litteris uteris exemplo, quam Deus pro *Samuele*, ſibi oblato, quincuplici prole auxit; ſi denique, ne infinitus ſim, magni *Ambroſii* teſtimonium excitaveris, *in Eccleſia Orientali, & Africana plures conſecrari Virgines*, atteſtantis, *quam Mediolani, & in Italia naſcantur homines: inde tamen non minui genus humanum* (Ambroſ. lib. III. de Virginib.), plane ridebere. Ad ejuſmodi itaque *animales* homines (verborum officium *Pauli* id eſt *I. Cor. II.* 14. in bello veritatis contra errorem: ut modum tenere diſcamus) non plura de his; ex *cæcis* quippe illis ſunt, & *cæcorum ducibus*, *quos* ex Chriſti præcepto jubemur *ſinere* (*Matt. XV.* 14.).

§. III.

pra, quam novis affricuerunt, totum fere ſanæ doctrinæ corpus corripuit, videri ex dictis poterit eorum *ſalus propior, quàm cum credidimus*. Certe hoc rerum ſtatu, eò minus contagioſa, ejuſmodi lues generatim evadere deberet: quò infidelitati eſt proximior: quod, ne cui temere dictum videatur, duplici id teſtimonio confirmare juvat; & primum eſto *Theodoreti*; quærit enim is (*In Levit. C. XVI.*) quomodo totam late ſubigens carnem lepra purior nihilo ſecius cenſeatur, quàm quæ ſparſim veluti per intervalla afficit ægrotum? Reponitque, huic ſanciendæ legi humanitatem Legislatoris contuliſſe plurimum, quippe ab hominum commercio illos removet, quos raris hinc inde maculis lepra aſpergit, a certa videlicet ſpe recuperandæ valetudinis: contra autem eos, quos morbus ſibi penitus ſubegit, cætui hominum permittit; alioquin etenim cum incurabili, inquit *Theodoretus*, ſubigantur morbo, per totam vitam eſſent arcendi. Ita, proſequitur, & cum affectis ſpiritali morbo agendum edicit Apoſtolus, ne commenſales patiamur fideles improbos; cum viciſſim permittat guſtari cibos apud infideles, moribus plane corruptos. Secundum teſtimonium peto ab analogia cum aliis fermentis, de quibus *D. Du-Boulanger* (art. *Levain verd* in Suppl. Encyclop.). ,, Les fer-
,, mens ont un tems, oú ils ſont plus actifs, & plus contagieux, qu' ils
,, ne le ſont dans leur commencement, & dans leur derniere maturité; c'
,, eſt par cette raiſon, qu' on peut expliquer l' article de la loi pour les Lé-
,, preux (Ch. XIII. du Levitique). ,, Quod ad contagium, fere iſti convenit cum *Theodoreto*, qui (primi teſtimonii complemento) in ea eſt ſententia, ut late diffuſa lepra, *mundiſſima* appelletur in ſcriptura, quod maculam non inferat in alios. Alia vero, atque alia interim eſt de noſtris Leproſis, Summi Sacerdotis judicio ſeparatis, ratio; qui cum judicandi *inter lepram & lepram* ſibi arrogent facultatem, ſanos contra Eccleſiæ totius ſententiam, & recti judicatûs rationem ſe pronunciant; nec *os veſte contectum* ſervant ex vetere umbra (*Levit.* XIII. 45.); neque ex eadem, *ſe contaminatos*, & *ſordidos clamant*. &c. &c.

§. III.

63. SED, quando hæc ita forent, alia, inquit *Antinomus*, Reipublicæ augmenta sunt, quibus Catholicæ Religionis lex minime consulit. Scilicet consulit *Antinomus* libertatis, felicitatis, æqualitatis, fortitudinis incremento. O! utinam, deposito errore, tanto populorum nobiscum bono consuleret; nam I. Catholicæ Religionis Lex veræ Libertati, ejusque augmento majorem in modum prospicit; ubi hæc cumulatissime inveniatur, ex Apostolo docet: nempe *Ubi Spiritus Domini;* ille, inquam, *spiritus*, qui *Ubi*, non tu, sed ipse *vult*, *spirat*: (Jo. III. 8.) *Ibi Libertas*; (II. Cor. III. 17.) docet rursus ex ipsius Christi verbis quidnam illud sit, quod a vera libertate dejiciat, ac servos plane constituat; en illud: *Amen amen dico vobis: quia omnis, qui facit peccatum, servus est peccati* (Jo. VIII. 34.); *plures enim dominos habet*, ut sapienter edisserit *Ambrosius: Venit libido, & dicit meus es.... venit avaritia......venit ambitio, & dicit: Plane meus es......Veniunt omnia vitia, & singula dicunt: Meus es.* Quem tanti competunt, quam vile Mancipium est? (*S. Ambros. in Psalm. CXVIII. Ser. XII.*) His penitissime imbutus sensibus Gallicanus Clerus; *juncta* siquidem *penna unius ad alterum sunt*, ita hodiernis temporibus clamat: ,, La libertè sans doute est un grand bien; mais ,, pour etre un bien, elle doit connoitre des bornes, & on ne ,, doit pas la confondre avec la licence, qui est le veritable caractere de celle, que l' on vous preche aujourd' hui & dont les ,, effets sont si funestes. Quelle libertè, Nos Tres-Chers Freres, ,, que celle, qui ne respecte rien, qui ne connoit aucune loi, qui ,, s' empare des proprietes, qui pille, ravage, incendie; qui maltraite, emprisonne & massacre, meme avec des raffinements de ,, cruaute inouie chez les peuples les plus barbares, les citoyens ,, vertueux, qui veulent opposer une barriere à ces fureurs, & ,, meme ceux, qui gemissant de tant de desordres, sont supçonnes ,, de ne pas applaudir aux monstrueuses opinions d' une multitude ,, egarèe & seduite. Vous n' aurez appris sans doute, qu' en fremissant, a moins que l' habitude de voir couler le sang humain ,, ne vous y ait rendus insensibles, les scenes d' horreur arrivèes ,, dans plusieurs Villes du Royaume.....: les citoyens s' y entr' ,, ègorgeant, & leur sang coulant dans les rues. (1)

(1) In laud. Pastoral. Litt. Ill. ac Rev. Ep. Telonens.

64. II. Quemadmodum *veræ* libertati, ita & *veræ* populorum rigendæ Felicitati, ex Legislatoris sui præceptis ac monitis incumbit Ecclesia. Quid autem beatos ac vere felices populos constituat, Deo protectori suo olim gratulatus David, ob reductos tandem in officium, ab *Absalone* seductos, perduelles subditos, sapientissime edocet: „ *Quorum filii*, ait, *sicut novellæ plantationes in juventute sua. Filiæ eorum compositæ, circum ornatæ, ut similitudo templi. Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Oves eorum fætosæ, abundantes in egressibus suis: boves eorum crassæ. Non est ruina maceriæ, neque transitus, neque clamor in plateis eorum.* Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt: Beatus populus, cujus Dominus Deus ejus: (*Psalm. CXLIII. a v.* 13.) Qui, eodem Davide auctore, eos beatos facit, quibus peccata remittit; (*Psalm. XXXI.* 1.) *miseros* siquidem *populos facit peccatum* (Prov. *XIV.* 34.): & sane vel tum miseria cumulat, cum *ipsi peccatores populi*, *salute contempta*, *obtinuerunt divitias*, *& pace* ac quiete externa, ad imbecillorum invidiam ac scandalum, perfruuntur: cum *non est respectus morti eorum, nec firmamentum in plaga eorum: cum in labore hominum non sunt, nec cum hominibus flagellantur* (Ex Psalm. LXXII.). Tunc enim *incrassati*, *impinguati*, *dilatati* (Ex Deut. XXXII. 15.), *prodit quasi ex adipe iniquitas eorum*, *iniquitatem in excelso loquuntur*, *ponunt in Cœlum os suum*, *& lingua eorum transit in terra; elongant se* magis ac magis *a Deo*, *& pereunt*. (Ex Psalm. LXXII.)

65. Profectò nihil omnino, ex Christi sententia, ad veram Felicitatem confert, nedum *violenta* quorumdam civium *deprædatio cum tumultu*, ac sacrilega Ecclesiæ Ministrorum expilatio, summum populis ipsis exitiosa (*); sed nequidem vel totius mundi acquisitio cum

(*) „ La plaie faite a l' Eglise par la Spoliation de ses biens paroît au „ premier aspect, dévoir être moins grande; mais en l' approfondissant, il „ est facile de se convaincre, qu' elle n' aura pas des effets moins funes„ tes.... Nôtre ministere doit être libre, & independant. Nous devons „ reprendre le pêcheur, qui s' égare avec courage & liberte .... „ Mais si nous ne sommes plus, que des ministres stipendiés, & gagés, que „ deviendra cette independance?..... Je sçais, que Ministres d' un Dieu „ crucifié, nous ne devons rien craindre, toutes les fois, que nous entendons la voix imposante de notre devoir; mais l' homme se trouve par „ tout, & il en est peu, qui puissent se flatter de ne pas ceder a la crain„ te. N' avons-nous encore à craindre de voir avilir par là la dignité de „ nôtre ministere, si necessaire pour la faire fructifier? Le peuple ne nous „ regardera plus, que comme des Ministres mercenaires, qui ne travaillent

cum animæ detrimento (Matth. *16. 26.*). Omnino humani generis Felicitas haud aliunde petenda est, quam a legitimæ legis cum divinæ tum humanæ observatione; ita communis felicitatis auctore Christo Domino asserente; *Beati qui audiunt Verbum Dei* (quod utramque illam observationem urget) *& custodiunt illud* (Luc. XI. 28.). Sed proh! dolor; quandoquidem ubi cessat, legitimis percussis Pastoribus, Ecclesiæ regimen, ac horrendum illud inducitur silentium doctrinæ sacræ, & Catholicorum Psalmodiæ cum Sacramentorum infrequentia; paucorum admodum tunc est observatio Legis: Scriptum quippe invenimus: *Cum defecerit prophetia, dissipabitur populus: qui vero custodit Legem; beatus est* (Prov. XXIX. 18. vide hic Alap.) hoc est *Beda* interprete: *Cum cessaverit Sacerdotalis eruditio, solvetur continuo disciplina divinæ legis, qua populus ad beatitudinis præmia pertingere debuerat*:

66. Hæc omnia meditentur, amabo, ii, quibus Christi Regnum, quòd spirituale dumtaxat sub se esse voluerit, vilescit, ac parvi penditur: neque tanti id esse existimant, ut de ipsius administris audiendis, conservandis, tuendisque quicquam (absit verbo invidia) *ethnicis*, (*) hoc est, *nationalibus*, Legislatoribus curandum sit. Animadvertant, quod res est, hanc supra omnes Nationes Regiam Potestatem, & Christum, qui illam habet (in certam participationem ordinate adscitis Ministris) verum spiritualem Regem, tanto ceteris Regibus, atque adeo Legislatoribus, præstantiorem esse, quanto eis prudentia, justitia, bonitate ac potentia antecellit; (1) atque hinc tandem discant, ejus Universalem Vicarium, ac ceteros illius Ministros

„ que pour recevoir leur salaire .... nous regarderont comme une classe „ de citoyens, qui leur est a charge. Commençeront d' abord à économiser sur le nombre des Ministres, sur la décence de nos Temples, sur „ la majesté du Culte, e finiront par secoüer le joug d' une Religion, qui „ nécessite, de leur part des si grand sacrifices....... n' est ce pas d' ailleurs nous oter le moyen le plus certain de rendre nôtre ministére utile? „ .... Voilà les avantages, dont on vous prive, en nous enlevant nos „ biens, & les principaux inconvenients, qui en resultent: ils sont assèz „ frappants pour déterminer à nous en laisser l' administration, & l' usage, „ quand même il séroit au pouvoir de la Nation d' en disposer: mais elle „ ne l' a pas: rien n' est aussi certain. &c. &c. &c. „ *Ex cit. litter. Episc. Tel. 1. Jul. to. II. a p. 124.*

(*) Græcis Natio Ἔθνος est; unde Ethnicus, a, um; & partim *Ethnarcha*, Gubernator Nationis: Ita enim Græci vertent; uti *Ethnicam* dicent Conventionem *Nationalem*.

(1) Videsis Suar. in III. p. Disp. XLVIII. sect. I.

ftros divinæ auctoritatis radiis præfulgentes audire, ac revereri, si vere Constituere; & non contra Destituere: Consecrare; nec amplius Polluere: Firmare; non in dies semper magis ac magis Debilitare: Augereque; nec, quod hactenus factum, Minuere Capite, Membris, Industria, Opibus, Amicis &c. rem publicam optent.

67. Quod si veterum *Nationalium* regimen, ablegato e terris omnibus Dei-Hominis Regno, veluti postliminii jure denuo invehere, a Galliæ ducto principio, in totum Christianum Orbem contendis, oportunam Angelici Doctoris eruditionem, unde scilicet, qualicumque Sacerdotio profanum caput demissum, discas, accipe: *Mirabiliter*, inquit, *ex divina providentia factum est, ut in Romana Urbe, quam Deus praviderat Christiani Populi principalem Sedem futuram, hic mos paulatim inolesceret*, Ut Civitatum Rectores Sacerdotibus subjacerent: *Sicut enim Maximus Valerius refert*, Omnia post Religionem ponenda semper Nostra Civitas duxit. Quapropter Non dubitaverunt Sacris Imperia servire. *Ita se humanarum rerum habitura regimen existimantia, si divina potentia bene, atque constanter fuissent famulata*.

68. ,, *Quia vero* etiam futurum erat, ut in Gallia Christiani Sacerdotii plurimum vigeret Religio: divinitus est permissum, ut etiam apud Gallos gentiles, Sacerdotes, quos Divites (*Druides*) nominabant, totius Galliæ Jus deffinirent: ut refert Julius Cæsar in libro, quem de bello *gallico scripsit* (1).,, Sed me imprudentem! qui divinam in iis nominarim Providentiam apud eos, qui quo; fine magna admiratione ab humana se subtrahant, nedum ullis Christi Regni legibus, sed ne quidem ulla Dei cura, inspectione, aut timore ligari se, ac contineri in officio ab eorum perfidia patiuntur. Nempe de his totam vim suam obtinet τὸ: *Homo cum in bonore esset non intellexit;* (Psalm. XLVIII. 13) *ligari enim a Deo, cum lex a ligando dicatur, est valde bonum homini; nec enim ea aufert, sed conservat, &* Auget libertatem veram *hominis; non destruit, sed construit, & fovet liberum arbitrium ipsius: unde homo*, Si sapit, *gloriari debet, ac plurimum lætari de hoc, quod a Deo ligetur, ne effrenate currat in praceps*; (2) Sed ut ingenio pollent, & aliqua Christianæ legis notitia: Dei ligamina nolunt, ne ab his tandem in Ecclesiæ, ac Principum

(1) S. Th. De Regim. Princip. lib. I. C. XIV. sub fin.
(2) Cl. Seraph. Capponi a Porrecta in App. art. IV. q. XCVIII. in I. II.

cipum vincula adducantur. Sciunt quippe, ligatum haberi a Deo, quidquid Ecclesiastico judicio ligatum fuerit super terram: ac rursus graviter ex Apostolica doctrina populos ab Ecclesia admoneri, *Principibus & Potestatibus subditos esse: dicto obedire; ad omne opus bonum paratos esse* (Ad Tit. III. 1.): idque *non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam:* verbo, *tamquam Dei Ministris* (Ex Rom. XIII. a v. 4.), *ac propter Deum: sive Regi, quasi praecellenti; sive Ducibus, tamquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum: quia sic est voluntas Dei, ut benefacientes, obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam:* Quasi libere; & non quasi Velamen Habentes *Malitiæ*, Libertatem; *sed* Sicut servi Dei. (I. Petri II. a v. 13.)

§. IV.

69. Itaque cum Ecclesiæ ac Principibus Obedientia a Servitute Dei dissociari non possit; neque hæc ab illa: hanc a se excutere conetur, qui illam abjicit, necesse est. Et Ecce tibi: quo tandem ab *Antinomismo (una fide in Christum Liberatorem, quasi velamine malitiæ* obducto), horrendo munere jam sine velamine, donatur Orbis hodiernus, impudente ac atroce *Atheismo*! qui solus se sapere, ac posse omnia Fraude, Vi, ac Sævitia putat: Regisque sui, *Prædonis gentium* (Ex Jerem. IV. 6.) *Nabuchodonosoris* Spiritu tumidus: *Et quis est Deus*, inquit, *qui eripiet vos de manu mea?* (Dan. III. 15.) *Habuit* enim, ut aliàs Nabuchodonosor, *Mysterium consilii sui, dixitque, cogitationem suam in eo esse, ut Omnem Terram suo subjugaret imperio* (Judith II. a v. 2.) omnique religione exterminata, *ipse solus diceretur Deus ab his nationibus, quæ potuissent Holofernis potentia subjugari.* (1)

70. O! Utinam tantum annuncianti, ac prædicenti malum Religioni fides adhibita mature esset ab iis omnibus, qui ejus principiis felicius, ac securius obsistere potuissent. Utinam Sacrorum Legatorum irrisores, contemptoresque, tantum non impunes, sed laudum insuper, munerum, ac honorum præmiis affecti, ac cumulati alicubi abiissent. Et maximi alias habetur ab humana politica Nun-

 cius

(1) *Ibid. C. III.* Hæc omnia confer cum authenticis pseudo-Illuminatorum Monumentis, Monachii in Bajoaria editis an. 1787. alias citatis.

cius sive Legatus, qui hostium insidias prænoscere, ac de iis præmonere non negligit. Sed nos in culpa fuimus, & peccatis nostris id debebatur, ut surdis aliquando caneretur (1). Quo factum est, ut una fere pœnitentia, quam ardentissime suggerit Religio, latis, acceptis, ac progredientibus in dies damnis, a Deo tandem in bonum vertendis, occurri possit, ac debeat.

71. Interim vero ut contra injectam formidinem a Fidei Hostibus, Gallicana Fabula ferocibus, animum ex Religionis dictatis addamus: audiatur Petrus, cui non grave fuit de istis calamitatibus, ac periculis nos, præscientia, ac majorum malorum, bonorumque consideratione firmandos, præmonere. *Hanc*, inquit, *ecce vobis charissimi secundam scribo Epistolam, in quibus vestram excito in commonitione sinceram mentem: ut memores sitis eorum, quæ prædixi verborum a Sanctis Prophetis, & Apostolorum vestrorum*, Præceptorum Domini, & Salvatoris. *Hoc primum scientes, quod venient in novissimis diebus* In deceptione Illusores, juxta proprias concupiscentias (*in communis salutis damnum*) Ambulantes, *dicentes*: Ubi est promissio, aut Adventus ejus? *Ex quo enim Patres dormierunt*, Omnia sic perseverant ab initio creaturæ. *Latet enim eos hoc, volentes, quod . . . Unum vero hoc non lateat vos, charissimi, quia unus dies apud Dominum sicut mille anni, & mille anni sicut dies unus: Non tardat Dominus promissionem suam . . . . . sed patienter agit propter vos*, Nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reverti! *Adveniet autem dies Domini, ut fur, in quo Cæli magno impetu transient, elementa vero calore solventur; terra autem, & quæ in ipsa sunt opera, exurentur. Cum igitur hæc omnia dissolvenda sint, quales oportet vos esse in Sanctis Conversationibus & Pietatibus . . . . . .? Novos vero Cælos & novam terram secundum promissa ipsius expectamus, in quibus Justitia habitat . . . . Hæc expectantes, satagite immaculati, & inviolati Ei inveniri in pace: & Domini nostri longanimitatem, salutem arbitremini* . . . . . . Vos igitur, Fratres, Præscientes custodite: Ne insipientium errore traducti, excidatis a propria firmitate. *Crescite vero in gratia & in cognitione* Domini *nostri, & Salvatoris* Jesu Christi. (*II. Petri III. a v. 1.*)

72. *Fortes* igitur, ad ejusdem Petri monitum, *in Fide*, (*I. Petri V. 9.*) nullo timore perterriti, ad Hostium Castra, quod Deus avertat,

tat,

(1) Vid. Præf. Cl. Doct. Marchetti to. I. Collect. Monum. Eccl. Gallic.

tat, transeamus: ſcriptum quippe eſt: *Qui fugiet a voce formidinis* (incautæ avis, aut pavidæ feræ inſtar) *cadet in foveam, & qui ſe explicaverit de fovea, tenebitur laqueo* (Iſai. XXIV. 18.). *Et* præterea *quis* tandem *eſt, qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis? Sed & ſi quid patimini propter juſtitiam*, Beati. *Timorem autem eorum ne timueritis, & non conturbemini.........Melius eſt enim benefacientes* (*ſi voluntas Dei velit*) *pati, quam male facientes. Quia & Chriſtus* (*nobis relinquens exemplum, ut ſequamur veſtigia ejus*, Ex I. Petr. II. 21.) *Semel pro peccatis noſtris mortuus eſt, Juſtus pro injuſtis*. (Ibid. III. a v. 13.) Quid? quod & Ipſe ſuaviſſimis verbis, tanto jam exemplo corroboratis, ad Martyrum ſuorum ſectandam conſtantiam, gratiæ ſuæ auxilio *in oportunitatibus, in tribulationibus* adjuvandos, nos comparat, & provocat: *Dico autem vobis, Amicis meis* (Quæ Chriſti erga nos dignatio!): *Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & poſt hæc non habent amplius quid faciant. Oſtendam autem vobis, quem timeatis: timete Eum, qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, Hunc timete*. (Luc. XII. a v. IV.

73 A quibus proh! quantam contra humanam formidinem, per legitimos Miniſtros, Chriſti militibus fortitudinem, aliis virtutibus ſociatam, Catholica inſpirat Religio; cujus propria prærogativa eſt, *fortia patiendo*, virtute omnia ſuperare: id quod non pauci cum Civitatis Dei lætitia his noſtris diebus faciunt præclariſſime: ſummo ex adverſo mœrore affectæ a quorumdam, quos forte Martyres numerabit Diabolus; (*eſſe enim Martyr non poteſt, qui in Eccleſia non eſt .... Occidi talis poteſt, coronari non poteſt*): (1) a quorumdam, inquam, in inclyta natione renovata, *Ephraimitica* vecordia; de qua olim *Oſeas: Et factus eſt Ephraim, quaſi columba ſeducta non habens cor:* (2) In quem locum animadverſione digniſſima eſt doctiſſimi *Riberæ* interpretatio; ait enim: *Habet hoc etiam Columba, ut ſicut volatu* velo-

(1) Cypr. lib. de Unit. Eccleſ. n. XXI. & ex eo S. Aug. epiſt. CVIII. ad *Macrob.*: Fidentiſſime, inquit, *adſerit, eos qui extra unitatem*, Etiamſi pro illo nomine (Chriſti) Moriantur, occidi poſſe, non poſſe coronari. *Tantum valet ſive ad delenda, ſive ad confirmanda peccata vel cuſtodia, vel violata Charitas unitatis*.

(2) Oſee VII. Excitatus hic a nobis Ephraim eſt ad vigilantiorem in dies cautelam; capeſſendis item ab omnibus, qui ſtare nobis videntur, ſalutaribus, placando Deo, conſiliis, quandoquidem cum primum *Ephraim* idola colere cœpit, ſtatim reliquus *Iſrael* impietatem ejus ſequutus eſt: quin & ruit *etiam Judas cum eis*; illi enim etiam ruunt aliquando, qui longiſſime

velocissima, *sic corde tardissima sit; nec magnopere aucupum retia tendentem*, *aut videre*, *aut vitare curet*, Sed quodammodo sponte sua incidere in retia videatur. Miserrimum cum populo Regem! meliore prorsus fortuna dignum: qui salutatus Liberorum, hoc est Servorum Rex, *extendit* coactus *manum suam* (quo consilio? Deus noverit; haudquaquam certe *Jeroboami* mente) *cum Illusoribus* (Ibidem): quo sane facto, *calefacti sunt*, *quasi clibanus* (Ibidem), hoc est, eodem laudato interprete, multo magis succensi sunt in insaniam.

74. Idcirco impiis legislatoribus, maxime *vobis Sacerdotibus* (ut Osee verbis utar de hujus farinæ Sacerdotibus, qui non erant de tribu Aaron, *Osee V.*) *vobis*, inquam, *judicium erit*, *Quoniam laqueus facti estis Speculationi*, Et sicut rete expansum super Thabor: pavidum populum, falsa pietatis illecebra captandum; ac genu, non capite, flexo (aucupum ad rete de more) circumveniendum, expectantes. Et *judicium* quidem *sine misericordia illi*, *qui non fecit misericordiam*, cælitus interminatum est. (*Jac. II.* 13.) Nec sane misericordiam illi faciunt, quibus *furor* .... *secundum similitudinem serpentis: sicut aspidis surdæ*, *& obturantis aures suas*; quæ *non exaudiet vocem incantantium*, *& venefici incantantis sapienter* (Psalm. LVII. a v. 4): Qui item nedum per se venationi & aucupio in probrum Ecclesiastici decoris, ac Episcopalis auctoritatis incumbunt; sed alios insuper ejusmodi venatores, hoc est, prædatores, contra Canones, certe contra Dei Legem, *vident & delectantur* (1); opimæque prædæ participes, venatoribus istis, *quasi Nemrod* (hoc est (2) *rebel-*

videbantur a ruina. *Calumniam* quidem, quod non tacendum, *patiens est Ephraim*, *fractus judicio*; *Ethnicæ* enim Fabulæ Actores, sive *Repræsentantes*, qui *Ecclesiam non audiunt*, Christianissimæ Nationis nomine, quæ majorem, ac meliorem partem *Ethnicam* Constitutionem aversatur, abutuntur. Consulesis laudata testimonia Eccles Gallicanæ, & c. V. *Osee* cum interpret. *Riber.*, cujus verba cum sensis hìc transcripsi.

(1) Dist. LXXXVI. c. X. *Vident hominem venatorem*, *& delectantur; væ miseris*, *si non se correxerint*. *Qui enim vident venat. & delect.*, *videbunt Salvatorem & contristabuntur*. Vide Glossam, & dist. VI. ibi cit.

(2) Calmet in C. X. Gen. 8. *Nemrod*, ait, *sonat Rebellis*, *Apostata*. *Primitus appellatum*, *ferunt*, *Ninvah*, *quod nomen Urbi Ninive imposuit*. De eo ad v. 9. ait, *receptum persuasione tenetur*, *Nemrod virum fuisse violentum*, Qui Politiæ forma immutata, oppressit Populos, novos invexit cultus. &c. In ea denique cum plerisque interpretibus opinione est, ut existimet, fundamenta dumtaxat eum locasse Babylonis, eoque potissimum auctore, inductos homines ad substructionem turris; cujus deinde opus; & oborta inter artifices simultate, & linguarum inter illos confusione, intermissum est.

rebellis & Apostata), ex sacro proverbio, *robustis coram Domino* (1) fœderati, *primogenita sua fratribus*, *juratione interposita*, vendidisse, aut plane cessisse visi sunt; ipsos una, siqua, manente *in pinguedine terræ, & in rore cæli desuper*; benedictione: Fratribus legitimis hæredibus, accepta a dimissis omnibus salutari Christi Benedictione

cum

Gratianus (Dist. VI. sub fin.), Jus Consuetudinis reparatum, seu potius immutatum a tempore Nemrod existimari, dicit: *cum ipse simul cum aliis, alios cœpit opprimere; alii sua imbecillitate ejus ditioni cœperunt esse subjecti.* Et en tibi *Fortium Spirituum*, hoc est *robustorum venatorum* Parentem, & famosæ *Constitutionis* speculum, divinitus olim fractum. *Quid* enim *denique*, ut cum *Augustino* loquamur, *noceret Deo quantacumque vel spiritalis, vel corporalis* (Turris) *elatio?* .... *illa conspiratio dissoluta est*, cum Quisque ab eo, quem non intelligebat, abscederet, *nec se nisi ei, cum quo loqui poterat, aggregaret: & per linguas divisæ sunt gentes &c.* (Lib. XVI. de Civit. Dei C. IV.). Ne vero feliciorem successum sibi hodierni Pseudo-Constitutionistæ adpromittant; quod non unam dumtaxat turrim Deo opponant, sed plures, quæ ad cœlum etiam pertingant: sub turris nomine plures intelligi posse, observat (ibid.) *Augustinus*: *Nam nimia*, inquit, *disponebatur altitudo*, quæ dicta est usque in Cœlum, sive unius turris ...... quam præcipuam moliebantur inter alias, sive Omnium turrium, quæ per numerum *singularem ita significatæ sunt, ut dicitur miles, & intelliguntur millia militum: ut rana, ut locusta: sic enim appellata est multitudo ranarum, ac locustarum in plagis, quibus Ægyptii persecuti sunt per Moysem*. Sed en denique aliud superbæ cum superba impietate conformitatis signum; ubi enim de *Nemrod*, quem *Nebroth* vocat *Augustinus*, Scriptura loquitur, ait, *Principium regni ejus Babylon* (hoc est *Confusio*), *id est*, subdit, loco citato, S. Doctor, *quæ Civitatum ceterarum*, ut modo de Parisiis constitutum, *gereret principatum, ubi esset tamquam in metropoli habitaculum regni*.

Egredi igitur oportet præmonente *Isaia* (C. XLVIII. 20.) *de Babylone*, fugiendum a *Chaldæis*, ad quorum instar, Robusti Venatores Hodierni colunt IGNEM (Vide Monum. Pseudo-Illuminator. bavarica), cui sacrificare hac illac jam cæpisse, proh! dolor, notum est.

(1) Genes. X. 9. *Dictus est Gigas iste*, ait *August.* (lib. XVI. C. IV. cit.) *Venator contra Dominum. Quod non intelligentes nonnulli, ambiguo græco decepti sunt, ut non interpretarentur contra Dominum, sed ante Dominum, ἐναντίον quippe & ante & contra significat, hoc enim verbum est in psalmo: Et ploremus* ante *Dominum, qui fecit nos; Et hoc verbum est etiam in libro Job..... in furorem erupisti* contra *Dominum. Sic ergo intelligendus est gigas iste venator contra Dominum. Quid autem hic significatur hoc nomine, quod est Venator, nisi animalium terrigenarum Deceptor, Oppressor, Extinctor?* Et eorum quidem maxime ex Glossa (*Dist. VI. sub fin.*) *qui sunt Dei*. Card. vero *Cajet.* ap. Alap. τὸ *Coram Domino* addi putat ad auxesin criminis, quod gravius æstimatur, si commissum sit, ait, inspectante Prætore. Quid vero si & inspectante Domino Rege, & in ipsum Dominum Regem perpetratum pluries sit? Æstima, si fida suppetit statera, Regiæ cum Divina Majestatis impudentissimam læsionem. Consulesis Calmet in hunc locum.

cum persecutionibus; Vere Beatis; *(Marci X. 30.) Beatis* inquam quandoquidem *An non beatus Jacob*, inquit, *Ambrosius* (de Jac. & vita beata l. II.), *etiam cum patriam relinqueret? Imo plane beatus, qui dura exilii suscipit, ut fratris mitigaret iracundiam. Nam si beatus est, qui peccatum declinat, utique negari beatus esse non potest, qui alterius culpam levat, crimen avertit. Paratum itaque parricidium declinavit exilio voluntario, eoque facto sibi salutem quæsivit, fratri innocentiam donavit. Merito itaque eum divina ubique comitata est gratia.* De aliis vero, avium instar, ab hyemis vi emigrantium, qui *languorem suum* a prævalente furore *videntes*, auxilii causa *ad Reges ultores miserunt*, par est conditio; meliorque, quam nunc sit, porro erit, si quod sperare jubet communis causa ac Bonorum pietas, Deumsibi magis ac magis conciliatum cum iis, quibus culpæ *vinculum* commune est (quo quis populus non *colligatus*!) *Adjutorem* præ omnibus, ac Statorem posuerint.

§. V.

75. HÆC, ac iis similia Religionis sensa efficacissima, quibus, cum opportunum est, optimæ tuendæ causæ, ac privatæ simul cujusque saluti, Catholica Ecclesia suos corroborat, confirmat, ac recreat; eosdemque divinis Christi verbis (1), ac generatim Canonicis, probatissimisque exemplis & doctrinis uberrimos, felicissimos, opulentissimosque vel in summa egestate, ac crudelissima omnium servitute præstat, constituit; ipsos tranquillat, solatur; immo *gaudio superabundare* facit *in omni tribulatione* sua: hæc, inquam, frustra; suavi Christi jugo gaudentibus, nobis invident *Antinomismus*, *Superstitio*, *Theismus*, *Atheismus*, verbo, Error *polyonymus*. Frustraque item horum magistri, talia se professi, scriptis libris, decretis, constitutionibus, declarationibus, encyclicis litteris, hoc est seductione ac fraudibus, quibus pseudo gaudent Illuminatorum Areopagitæ, impertituros, venditant. Ah! Minime prorsus gentium ejusmodi odoratissimi flores, ac fructus suavissimi, inter *spinas & tribulos*, a perturbatoribus germinant, aut proveniunt: vel si eorum fraudibus, ac verborum lenociniis Ecclesiastici Regiminis larvam addideris; Episco-

(1) Hic respicio quammaxime ad Sermon. Christi in Monte, *Matt. V. a v. 10. & Luc. VI. a v. 20.*

scoporum assumpta persona ac Parochorum; *intrusis* hominibus, qui *de semine*, hoc est, legitima successione *virorum illorum non sunt*, *per quos*, ex Dei verbo, *salus facta est in Israel*. Neque enim a *Sapientia Carnis*, quæ ex Apostolo, *inimica est Deo* (Rom. VIII. 7.), neque a *sublimitate sermonis*, (I. Cor. 11.) neque *humanæ sapientiæ verbis*, hoc est *sapientia hujus mundi*, *quæ stultitia est apud Deum*, (Ibid. III. 19.) neque denique *per dulces sermones ac benedictiones* eorum, qui *in vestimentis ovium*, hoc est *in hypocrisi* loquuntur *mendacium* (I. Tim. IV. 2.), aliqua veritatis dulcedine conditum, hæc fiunt; sed ab illa Apostolicæ Successionis *ostensione Spiritus & virtutis*, per eos, qui loquuntur, accepta docendi ac regendi Potestate in Ecclesiæ, atque adeo Capitis, unitate: integræ Fidei unitate; Regiminis, ab Uno in terris supremo Rectore, unitate: unitate Charitatis, nulla audacia, nulla temeraria præsumptione discissa: unitate denique, quam perspicue satis adumbravere *nexus* illi veteris Tabernaculi, quibus *cortinæ* invicem cohærerent; *ansulæ* item in earumdem *lateribus*, *ac summitatibus*, *ut possint*, auctore ad Moysen Deo, *invicem copulari*, *ansa* insuper illa *contra ansam veniens*, ut *altera alteri*, eodem auctore Deo, *possit aptari*: illi præterea *circuli aurei*, *quibus cortinarum vela* omnia *jungenda*, ait, *sunt*, Ut Unum Tabernaculum fiat. Eamdem Unitatem observes, licet in sagis illis e caprarum villis, quæ ditioris operis cortinas, supra Sanctum, & Sanctuarium expansas, protegebant; in *ora* enim cujusque *sagi* ansæ præscribuntur, ut hoc *conjungi cum altero queat*; ut illud *cum altero copuletur*: præscribuntur etiam *fibulæ æneæ*, *quibus jungantur ansæ*, Ut Unum ex Omnibus, ait Deus, Operimentum fiat. Neque Unitati Ecclesiæ significandæ, cui in Tabernaculi fabrica veluti præludebat, satis iis sibi fecit Deus: sed nexibus, ansulis, ansis, circulis, fibulis, addidit tabulatum *incastraturas*, immissos *vectes*, *compaginem Unam*, *Unum Introitum*, *Unum* ad istum *Tentorium* ante quinque columnas deducendum, reducendumque: nulla aliequi fenestras ne *aliunde* ingredientes, Sacerdotes, sed latrones haberentur. Sed de hoc, pro instituto nostro, satis antea. Satis modo sit, unitatis Ecclesiæ, ubi illa *ostensio Spiritus & virtutis* emicat, a tabernaculi unitate specimen, veluti per transennam, præmisisse; & specimen quidem cum unitatis membrorum Ecclesiæ inter se, tum horum omnium cum visibili ejusdem Capite, qui summum occupat verticem, quò Cortinarum vela, saga, tabulæ, ut firmissime consistant, reducuntur: unitatis denique cum inter-

næ,

næ, tum externæ. Quod partim, quæ nuper adtulimus, demonstrant, partim nobis exhibent *duæ* illæ *incastraturæ*, *quibus tabula alteri tabulæ connectebatur;* omnes tandem conjungendæ *a deorsum usque sursum*, & Una omnes (in figura scriptum est) compago retinebit (*Exod. XXVI. Confer*, *amabo*, *totum*.): id est, ut ex hebræo explicat Cl. Alapide, *omnino æqualiter nexas ad Caput*.

76. Quod si speciatim nosse volueris, unde in nostra Unitate vox tantæ virtutis ac magnificentiæ, vox confringens cedros, ac flammam ignis intercidens procedat, docere paucis non gravabor. Itaque, ut tute in te ipso, ac ex aliis experiris, certum ab auctore totius naturæ commune, atque adeo privatis quibusque superius, Lumen omnibus imminet; quo jubemur, & declinare a malo & bonum facere &c. Naturale quidem hoc Lumen, quod recte Lex audit, contemnitur sæpissime; atque a densissima inferiorum affectionum nube ita universe olim obscuratum fuit, ut ruentibus in præceps, quippe sine lumine ingredientibus, hominibus, *luminum Pater* Deus benigne occurrere decreverit, renovata primum terroribus, veluti excusso silice, salutari luce: quam, ne deinceps extingueretur, novo adauxit lumine, rigida addita circum Judaicæ Legis custodia: institutoque *Aaronico* sacerdotio; qui, quod lucente Candelabro ad oppansum velum ante *Arcam* (in qua Legis tabulæ) portendebatur, ipsi *per successiones* (*Exod. XXVII.* 21.) præstarent; scriptum quippe est: *Labia enim Sacerdotis custodient scientiam, & Legem requirent ex ore ejus*. (Malach II. 7.) At enim cælitus oborta Judæis lux matutini phosphori instar dumtaxat fuit; quod cum alia, tum Candelabrum ipsum; *usque mane* lucere jussum (*Exod. cit.*), significavit: ut propterea ad *Solis justitiæ* (*Ex. Malach. IV.* 2.), præsentiam, cujus radii *super tecta* (*Matth. X.* 27.), effulgent, ad veteris tabernaculi, templive nocturnam lucem stulte incedere velle, Judæi Apellæ dumtaxat sit.

77. *Venit* ergo *lux in mundum* (*Ex Jo. III.* 19.): & venit in mundum universum, cum quos ipse dixit, & facti sunt *lux* (*Matth. V.* 19.), per totum Orbem Lege Evangelica illuminandum missi sunt, ac etiamnum *credito ipsis Evangelio* (Ex. II. ad Galat. 7.) Quod *prædicabitur* tandem *in universo mundo* (Matth. XXIV. 14.) In Ecclesiæ Catholicæ unitate mittuntur, ac numquam non delegabuntur. Magna hæc quidem sunt, & præclarissimæ Apostolicæ Ecclesiæ Unitatis dotes; nisi cui parvi æstimanda videatur *Claritas* illa, de qua ad Pa-

trem

trem olim conversus Christus, in perpetuum Sponsæ suæ decus ac ornamentum, ita pronunciavit: *Et Ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint Unum, sicut & nos Unum sumus* (Jo. XVII. 22.). Et *sermo* item ille, de quo ipse: *Ego dedi eis sermonem tuum* (Ibid. 14.): aut *Verba* illa, de quibus, *Verba quæ dedisti mihi, dedi*, inquit, *eis* (Ibid. 8.). Scilicet nauci habenda Christi claritas, dignitas ac Persona, quam ipsius Vicarios, ac legitimos Ministros ita sustinere voluit, ut diceret: *Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit* (Lucæ X. 16.); & rursus: *Non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis*; in Ecclesiæ Unitate adlaborantibus, ac decertantibus; uti enim sapienter argumentabatur Augustinus: *Si...... loquitur in eis Spiritus Sanctus, qui persequentibus traduntur pro Christo, cur non & in eis, qui tradunt discentibus Christum* (1)? Id est Christi Fidem ac Legem.

78. Et hæc quidem conspicuam Patrum ac Magistrorum Catholicæ doctrinæ nobilitatem satis ostendunt: a qua licet nobis adeo commendati esse debeant, ut ipsos præ omnibus audiamus, fidem habeamus eorum documentis; ipsorumque præceptis morem gerere, necesse sit; ceteris abire jussis: nihilo tamen minus efficax illa *spiritus ac virtutis ostensio*, quæ per ipsorum operam, ac administrationem in Catholica Religione elucet, penitioris ac intimioris est principii: legis enim sive naturalis, sive positivæ cùm divinæ, tùm humanæ observationem cum dogmatum veritate, Ecclesiæ legitimis Ministris, *tamquam Christo per eos exhortante* (Ex. II. Cor. V. 20.), Proponentibus; *pro eodem fungentibus legatione* (Ibid.) Urgentibus; aut Sacramenta divinitus instituta Administrantibus: præsto intus adest in rite accedentium cordibus, in *opportunitatibus* etiam deinceps affutura, intima Dei ipsius vox, suavis ac *urgens Christi Charitas*; atque adeo lex *non solum indicans, quid sit faciendum*, ut verbis utar Doctoris Angelici (*I. II. q. CVI. ar. I. ad II.*); *Sed etiam adjuvans ad implendum*: *id* enim *quod est potissimum in lege Novi Testamenti, & in qua tota virtus ejus consistit est gratia Spiritus Sancti* (Ibid. in Corp.): ut propterea *principaliter Lex Nova lex sit indita*; *secundario autem lex scripta* (Ibidem.): cui custodiendæ, docendæ, interpretandæ munus Ecclesiæ suæ Capiti, primisque ejusdem Pastoribus; neutiquam vero aliis, vel secularibus rebus Præfectis,

L · sub-

(1) Aug. lib. IV. de Doct. Chr. c. XV. n. 32. to. III. par. I.

submissione in Unitate continendis; de quo alias copiosius, Christus asseruit. Cave autem, quæso, ne quod *secundarium* in lege nova est, ipsiusque Custodes, Doctores, ac Interpretes parvi habeas, si quod in eadem est *Principale* tibi cordi fuerit; neque enim nisi *fidei auditu*, ac *missu legitimo* tantum bonum consequi prudenter speraveris. II.° neque id consequutus, eodem per necessaria virtutum opera, ut ad salutem oportet, uteris; nisi solliciti Curatoris, *cui benedixerit Dominus*, industria ac vigilantia in unitate fidei Catholicæ accesserit: alius quidem alio potentior sermone est, ac virtute; aptante in gregis sui utilitatem Deo, intimis exhortationibus, consolationibus, angustiis, oppressionibus, ærumnis, afflictationibus &c. &c. Ministros suos: hos præ aliis; ut cum Paulo tandem dicere valeant: *Sive autem tribulamur, pro vestra exhortatione & salute: Sive consolamur, pro vestra consolatione; Sive exhortamur, pro vestra exhortatione & salute, quæ operatur tolerantiam earumdem passionum, quas & nos patimur* (II.Cor.I.6.). Atque hinc agnoscas licet, quantum intersit discriminis Catholicorum inter Ministrorum divinam sapientiam, ac infirmissima Pseudo-Philosophiæ, vel pulcherrima, cogitata; infirmissima, inquam, tacita etiam ipsius confessione; quippe quæ imparem se agnoscit, ac plane profitetur, animis in gravioribus perturbationibus tranquillandis: pro optimo scilicet remedio laqueum, gladium, sclopum, venenum, phlebotomiam, verbo Suicidium, pro seductionis cumulo, Alumnis suis consulens.

§. VI.

79. Tota ergo, qua late patet, Catholica Ecclesia pseudo-philosophica absistat Constitutio, ac Legislatio; quæ illius Caput, Episcopos, Capitula, Parochos, Clerum, Regulares, Nobilissimosque ac Devotos Filios audire detrectat: quos, *Augustino* cum Sapientibus omnibus judice, si pro gradu quemque suo audiret (ter, ut plusquam trabali clavo fixum maneat, repetendum) *Melius Constitueret, Consecraret, Firmaret, Augeretque Rem-Publicam*. Neque enim ad pulcherrimum gloriæ, ac virtutis ordinem (anti-philosophicis institutionibus, nisi provide undique occurratur, in dies magis ac magis corrumpendum) florentissima Catholica Regna usquam pervenerunt, nisi ad Sanctuarii pondus, ac Candelabri ubique effulgentis lumen, legibus examinatis: nec unquam loco facto Columbæ gemitui:

tui: ,, *Les lois du Royaume, qui jusqu' à ce jour ontètè Conformes, & Calquèes sur celles de la Religion, pourront aujourd' hui les contrarier, puisqu' elle n' est plus la Religion del Etat!* (1)

80. At Nos, Episcopos, reponunt, nostros habemus; nostros Parochos, qui juramento, ac approbatione suis Constitutioni nostræ suffragati sunt. Sed fallo me; non hoc reponunt: quippe vel ipsi Pseudo-Illuminati noverunt, ab ejusmodi hominum suffragio consecrationis, ac cælestis firmitatis nihil Constitutioni accedere; & quidem nihil, cùm apud seipsos, qui omnino novo Pseudo-Sacerdotio cum impiis religionibus ubique inducendo, adlaborant (2); tum neque apud nos, quos, sciunt, Hostium Fidei loco habere, doctos esse, quotquot per Universalis Ecclesiæ Disciplinæ ostium regendæ, aut aliter curandæ Ecclesiæ, non ingrediuntur. Cur ergo, inquis, Schismaticum ejusmodi Clerum intrusum voluerunt? Facilis est responsio. Certæ infirmitatis impiæ factionis argumentum aliquod id est: tantam enim uno tractu in externa Religione mutationem Gallicanus Populus non tulisset: Episcoporum igitur, ac Parochorum aliqua specie decipiendus fuit, *donec* novis accedentibus institutionibus, ad impiam Religionem deglutiendam aptaretur. Scilicet ab istiusmodi Pseudo-Pastoribus, quos veteris Ecclesiæ disciplinæ restaurationem jactare, audiunt, Ethnicæ factioni verendum semper esset, ne tandem aliquando, cum Nationalium omnium *cor unum & animam unam effecissent*, eam denique antiquam æqualitatem, ac bonorum communionem per universam Galliam inducerent, qua Nationis opes ac facultates omnes *ad Apostolorum pedes*, hoc est, ad Ecclesiam, per Diaconos, ut olim, administrandæ, deferrentur.

81. Verum jocos apage; & potius de miserrimorum hominum salutis spe, quorum super oculos nescio quid *ex nido* hæreticarum *hirundinum*, pro humana conditione, incidit, recreemur. Erit enim tandem cum *Tobiani* piscis felle, quod in Ecclesiæ thesauris *ad medicamenta utiliter* repositum est, eorum oculi illustrentur: videantque, non in Gallicana Confusione subditos quærendos Episcopo *Babylonis*: nec regendi ibi esse locum Episcopo *Liddæ*, quòd λύττα, affine nomen, furor interpretetur; nec denique, ne omnes nominen, Ei, qui ab *Expilando* nomen habet, jus ullum fuisse, Impiorum *expilantium*

 con-

(1) In citt. litt. Ep. Telon. 1. Jul. to. II. p. 208.
(2) Ex ipsorum Monumentis Monach. edit. 1787.

consilium, Sacrilegiis suis adjuvandi: quippe qui in Ecclesiæ Corpore ne *pilum* quidem relinquere voluerint. Nempe vindicato sibi ab Impiis Ecclesiæ Candelabro cum docendi vel Eos munere, qui divina institutione super illud sunt positi, *ut luceant omnibus, qui in domo sunt* Matth. V. 15.; *Siclo item Sanctuarii*, quo *omnis æstimatio*, ut in umbra præscribitur, ponderanda (1): neutiquam plane a talibus templi expilatoribus sors melior expectanda sibi fuit. Expilata itaque omnia: & vel ipsa Arca captiva apud ipsos aliquatenus detinetur.

82. Jam in his aliquanto diutius oportuit immorari, ut a novis hisce pestilentissimis fructibus, vel ipsis sapientioribus Dominis Protestantibus ingratissimis, vetusta, in agro Domini *superseminata*, Zizania magis hac occasione dignoscerentur. Itaque vel ab uno hujusmodi Effrenatæ Libertatis signo, nemini jam non manifesto, *Antinomismi* cujuslibet post *Lutherum*, *Calvinum*, *Joannem Agricolam*, *Anabaptistas*, *&c. &c.* corruptissima arbor omnino devitanda ac prorsus fugienda. Ita plane: ab una *antinomica* voce: LIBERTAS, LIBERTAS Fidei Hostes, utcumque larvati, ac ovium pellibus obtecti, certò ab iis, qui decipi non amant, dignoscuntur. Libertate quidem Evangelica gaudemus; at non ea ullatenus ratione, ut ab Evangelicis ac Apostolicis, atque adeo Ecclesiæ, Principumque mandatis, votis, juramentis, Disciplina &c. nos liberos, Absit, profiteamur: *apparuit enim gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos; ut abnegantes impietatem, & secularia desideria, SOBRIE* (en officii hominis leges erga se ipsum generatim exactæ) *& JUSTE* (officiorum erga alios observatio præscripta) *& PIE* (per officiorum I.° erga Deum ac ejus Curiam exhibitionem: Fidei obsequio, religioso cultu, divino Sacrificio, pia Sacramentorum administratione ac susceptione per eorum manus, qui ex universali Ecclesiæ Christi disciplina, atque adeo utriusque institutione, *ordinant Testamentum suum super Sacrificia:* *Ex Psalm. XLIX. 6.* II.° Erga Parentes, cognatos, Patriam) *VIVAMUS IN HOC SECULO* (Ad Tit. II. a v. 11.): venit enim Christus Dominus *non legem solvere, sed adimplere*; & adimplere quidem non ea duntaxat ratione, ut sua Decalogo integritas ac perfectio, Ejus divi-

(1) Levit. ult. 25. *Omnis æstimatio siclo Sanctuarii ponderabitur.* Septuaginta: *πᾶσα τιμὴ ἔςαι ςαθμοῖς ἁγίοις*, hoc est interprete P. A Lapide: *Omne pretium erit mensuris sanctis*; græcum enim *ςαθμὸς* latinis *libra*, *statera*, *pondus est*.

divina interpretatione constaret, ut certi *Naturalistæ* comminiscuntur; sed insuper ut veteris de nova lege, a se ferenda, pluribus Scripturæ locis (1), promissionis fidem, quod fecit, liberaret. Itaque, quòd homines sumus, etiam Mosaicæ Constitutionis umbra Christi præsentia dissipata, astrictos nos profitemur, I. Decalogo, hoc est explicationi Legis naturalis, utpote toti humano generi nullo non tempore communi: & ea quidem, quod nemo nescit, externo promulgatore natura sua non indiget; II. Quòd Christiani sumus, loco *Moysis*, Decalogi per lapideas tabulas olim promulgatoris, audiendus omnino nobis est ejusdem Decalogi legem declarans, confirmans, suam faciens (*Matth. V.*), eamdemque per Gratiam suam *in tabulis cordis carnalibus* (II. Cor. III. 3.) inscribens, edicensque, Christus Dominus: qua plane ratione eos solos ex hominibus, ut optime animadvertit cl. *Estius* (*In III. Sent. Dist. XXXVII. §. III.*) Decalogus obligat, ad quos Legis Christi notitia pervenit. III. Cum *translato* a Christo Domino *Sacerdotio*, *necesse* fuerit, *ut Legis translatio fieret*, condita ab Ipso nova Ecclesiæ Potestate, ipsique voce traditis communibus ac perpetuis præceptis de Fide, de Christianis moribus, de Sacrificio, de Sacramentis, de universali Disciplina &c.: cùm iis, tùm aliis, quæ deinceps ab Ecclesiæ *Præpositis* Fidei integritati tuendæ, morum sistendæ corruptelæ, Religioni promovendæ, & generatim Christianæ Reipublicæ ædificationi consentanea edita fuerint, obnoxii sumus: neque enim Sola Fides, sive iis, qui ex Judæis credunt, sive iis, qui ex gentibus, satis est ad salutem: *Circumcisio* quippe, ajebat de illis *Paulus*, *nihil est*; & de istis: *& præputium nihil est*; Sed Observatio Mandatorum Dei (*I. Cor. VII. 19.*); quandoquidem *dedit semetipsum pro nobis* (Christus), *ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem* Sectatorem bonorum operum (*Tit. II. 14.*).

83. Hæc, nemini non perspicua, intelligere non vult *Antinomus*, jugi cujusvis legis impatiens; utut Christus per Ministros suos clamet: *Tollite jugum meum* Super vos, *& discite a me, quia mitis sum, & humilis corde:* Et invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, & onus meum leve. (*Matth. XI. 29. 30.*) Forte olim intelliget; dicetque tandem, ferocia deposita: *Castigasti me*

(1) Consulesis Cl. *Huetium* Demonstrat. Evang. to. II. c. CIV. & alibi sparsim per totam Parallelismum ibi.

me & eruditus sum, quasi Juvenculus indomitus: (*Jerem. XXXI.* 18.) Et indomiti juvenculi instar plane est, qui detrectando legis Christianæ jugo, verbis *Pauli* abutitur: *Non enim* sub lege estis, *sed sub Gratia*. (Rom VI. 14.) Præterquam enim quod ibidem ejusmodi Libertinorum impia interpretatio hic Apostoli argumentatione: *Quid ergo? Peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia?* Præoccupatur; & subjecto religioso: *Absit*, respuitur: adest *Augustinus*, a quo, abdicato *Antinomismo*, certam *Libertinus* rationem edisc at, a qua Christianæ Legi *consentiens*, *dum est in via*, sub ea jam non sit. *Unde* enim interrogat, *facti erant homines sub lege?* Non implendo legem. Qui enim legem implet non est sub lege, sed cum lege (1): *Immo supra legem est.....qui majora, quam ipsa præcipit perficit*. (2)

84. At at: qua deinde fronte *sub Gratia* se transfuga Antinomus *esse* dicit, cui subesse plane recusat? Nempe ea fronte, qua sub ejus Regno, a quo per summam perfidiam disceſſerunt, stulte se esse dicerent desertores. Sed scilicet desertores nostri Regnum Christi, *Regnum immobile*, (Hebr. XII. 28.) secum (*teneatis*, quæso, *risum amici*) secum tulerunt: ac velut olim pio patri *Æneæ* Trojæ Penates, ejusque Sacra in somnis ab *Hectore* commendata, ac mœnia iis quærenda, imperatum, *Virgilius* fabulatur: (*Æneid. lib. II.*) Sic isti Vaticano fulmine ambusti veram Religionem sibi in furoris deliraments commendatam, sedesque Ipsi extra Romanum Pontificatum, hoc est, extra Catholicum Orbem quærendas, commenti, & temporum iniquitate, a certis, qui integras fere Nationes in errorem traxerunt, crediti sunt: pseudo-Propheta *Luthero* epitaphium suum præcinente:

Pestis eram vivus, moriens ero mors tua, Papa;

Aliis barbare occinentibus, vivisque eodem ritu parentantibus:

Tota licet Babylon destruxit tecta Lutherus,
Muros Calvinus, sed fundamenta Socinus.

Quibus vena felicior de eorum Sacris per Bohemiam non ita inscite quidam scripsit olim:

Tot pingit Calices Bohemorum terra per Urbes,
Ut credas, Bacchi Numina sola coli.

Verum

(1) Aug. tract. III. in Joan. Evang. c. I. n. 2. To. III. par. II.
(2) Chrysost. in I. ad Timoth. C. I. Hom. II. circa med.

Verum missis Poetis, Verbo Dei insistamus; ad cujus lumen Regni gratiæ spectrum sibi fecisse *Antinomos*, luce meridiana clarius perspicimus: quippe qui *Dei gratiam*, hoc est gratiæ statum, *transferentes in luxuriam*, (Judæ 4.) *suam* (Justitiam) *quærentes* in sola Fide *statuere*, *justitiæ Dei non sunt subjecti* (Rom. X. 3.); neque *obeditionis ad justitiam* servi (*Ibid. VI. 16.*), sed *liberi justitiæ* (Ibid. 20.), id est, a justitia, obedire detrectant *ex corde in eam formam doctrinæ*, *in quam* per Baptismum ab Ecclesia, una omnium Matre, *traditi* sunt (*Ibid.* 17.): ut nempe divinitus institutæ sub Christi Universali Vicario, totius gregis Pastore, Hierarchiæ acquiescentes, ipsius præceptis ac pœnis morigeros se exhiberent: etiam cum *dure* increparet (*Tit. I.* 13), *durius* ageret (*II. Cor. XIII.* 10), *cum omni imperio* argueret (*Tit. II.* 15.), ac denique cum admonens increpans, agens, arguens præ contumacia non audiretur, *contemni* se non finens (Tit. II. 15.) *impleret facies eorum ignominia* (Psalm. LXXXII. 17); *tamquam ethnicos & publicanos* ab omnibus habendos declararet (*Ex matth. XVIII.* 17.), traderetque eorum corpus *Satanæ*, *ut discerent non blasphemare* & ut *spiritus salvus sit in die Domini* (I. Tim. I. 20., & I. Cor. V. 5.); si videlicet *fructus dignos pœnitentiæ* tandem facerent (*Luc. III.* 3.). Et hæc quidem vel ipsius *Lutheri* sensa fuisse, cum non adeo, uti deinceps, insano, ac tumido erat capite videntur; protestatus siquidem palam aliquando est in hæc verba: *Numquam mihi placuit, nec in æternum placebit quodcumque schisma. Inique faciunt Bohemi, quòd propria auctoritate se separant a nostra* (Catholicorum intelligens) *unitate*; *etiamsi Jus divinum* (quod numquam erit) *pro eis staret: cum supremum jus sit Charitas, & Unitas* (1). Ita aliquando *Lutherus*; aliquando contra, Arundo vento agitata, ita: *Justissima Causa Bohemi homicidas istos, & Anti-Christos Papistas deseruerunt* (Luther. in præf. Oper. contra Henr. VIII. Angl. Reg.). Mutatum ab Antinomis jam erat jus, & jus supremum? Mutatum. *Et terra infecta est ab habitatoribus suis, quia* (non tantum) *transgressi sunt leges*, (sed) Mutaverunt Jus, dissipaverunt fœdus sempiternum. Propter hoc.... (*Isai. XXIV.* 5. *& seqq.*). At nolens ad tantum scelus inductus cum gregalibus *Lutherus* fuit. Ita primum in Ecclesia Schisma excusare cona-

(1) *Luther.* in Disp. cum Joan. Eckio per dies 10., publicis Notariis dicta ultro citroque scripto excipientibus.

conatus est, illius auctor, Intrusus Papa *Novatianus*, cui sapienter, & acute S. *Dionysius*, *Magnus* cognomento apud fere omnes antiquos PP.: *Si nolens ad Sacerdotium fuisti inductus; ita demum ostendas, si volens cesseris. Satius quidem fuerat, quidvis pati, ne Ecclesia Dei discinderetur; nec minus gloriosum fuisset, idcirco subire Martyrium, ne Ecclesiam scinderes, quam ut ne idolis sacrificares: imo illud meo quidem judicio illustrius fuisset. Hic enim pro sua unius anima; illic pro omni Ecclesia Martyrium quis sustinet. Si tamen vel nunc persuaseris fratribus, aut eos coegeris, ut ad concordiam redeant, majus erit meritum tibi, quam culpa; & hae quidem non imputabitur: illud vero prædicabitur. Quod si fratribus parere recusantibus, id efficere non potes, tuam ipse animam serva.* (Ex Euseb. lib. VI. c. XLV.) Hæc *Dionysius*, qui medio seculo tertio Patriarchatum Alexandrinum per XVII. annos obtinuit: multa pro Catholica Fide, ac Ecclesiæ Unitate passus; quem, recursu ad Sedem Apostolicam, necesse est imitentur quot quot hæresis aut schismatis suspicione, labe, aut infamia usquam, aut unquam aspersi fuerint; alia ratione, neque ad futurum Concilium, quod nefas, appellantes, numquam penitus abstergendi: hæc de sanctissimo Confessore *Dionysio*, hæresis accusato; & Romæ causa cognita, jam tum absoluto, pronunciante *S. Athanasio*: *Qui* (Dionysius) *si cum istis* (Arianis) *ejusdem opinionis fuisset;* aut Scriptorum suorum rationem non reddidisset (quod ab Episcopis Pentapolitanis accusatus apud Romanum Pontificem *Dionysium*, noster Patriarcha fecit, missis ad eumdem litteris & Apologeticis libris IV.) *minime dubium, quin eadem, quæ illi passurus fuisset:* nempe, subdit *Baronius*, quod Sede privatus, ab Ecclesia excidisset (1).

§. VII.

85. SEd enim vero Hostis Fidei iis omnibus movetur nihil, & *obedire*, clamat, *oportet magis Deo, quàm hominibus:* quasi hanc pro

(1) Baron. ad an. 263. n. XLVIII. To. III. *Gennadius* igitur, cui (libro de Eccl. Dogmatib. perperam Aug. tributo) *Dionysius* noster *Fons Arii* fuit, errore humano laboravit. Baronius vero, qui in Martyrol. Notis librum hic laudatum *Augustino* non abdicaverat, abdicat in Annalibus: rejectumque invenies in Appendic. Tom. VIII. Oper. *Aug.* ab editor. Maurin.

pro Fundamentali Ecclesiæ Constitutionis Lege haud veneraremur. Verum vero inter offam, atque herbam longum intervallum est. Mentem itaque advertat Antinomus ad *τὸ magis*, *quàm*; neque enim *Petrus & Apostoli* (Act. V. 29.), non obediendum hominibus, dixerunt; sed Deo, diversa, aut adversa imperanti, *magis* Isti, quam illis obediendum esse: quod magis fortasse intelliges ex responsione *Petri* & *Joannis* (Act. IV. 19.), qui *respondentes dixerunt* antiquatæ Legis Sacerdotibus: *si justum est in conspectu Dei, vos potius audire, quàm Deum, judicate. Non enim possumus* Quæ vidimus & audivimus *non loqui*; & loquebantur (quod obiter, velim, animadvertat Antinomus) cum *omnes clarificabant id, quod factum fuerat in eo, quod acciderat: annorum enim erat amplius quadraginta homo (claudus ex utero matris suæ), in quo factum fuerat signum istud sanitatis* (Act. IV. a 21.). Ex Apostolica igitur accepta Doctrina, hominibus non parendum contra Manifestum Dei imperium; atque hinc Martyres Ecclesia celebrat, quòd *contemnentes jussa Principum meruerunt præmia æterna* (Ecclesia in III. ℞. ult. Lect. II. Noct. in Comm. Apost. & Evangelist.). Quod si forte manifesta Dei præcepta, ungue, ac maligno dente corrosis Scripturæ armis; quæ Ecclesiæ Castra fugiens, secum detulit, Apostata ignoraverit, & ignorare fecerit: aliqua hìc memorare abs re non erit: Audi ergo I.°: *Obedite* (Hebræor. XIII. 17.) *Præpositis vestris* (*qui vobis ac vestris* Primis Apostatis, *loquuti sunt verbum Dei*. Ibid. n. 7.), *& subjacete eis*. En alterum æquæ manifestum: *Subjecti estote omni humanæ Creaturæ* (Seculari Potestati) *propter Deum: sive Regi* quasi Præcellenti, *sive Ducibus, tamquam* ab eo missis...... Quia sic est voluntas Dei (*I. Petri II. a v.* 13.). Si qui ergo, vel Potestate aliqua, sive Ecclesiastica, sive Seculari præditi, nova aliqua contra hæc manifesta Dei imperia consulant, suadeant, præcipiant, machinentur: *obedire oportet*, reponendum, *magis Deo, quàm hominibus*. Neque ejusmodi spectabilis Potestatis species sapientem decipiet; quippe qui noverit, etiam in humanis diversis, aut adversis evidentibus invicem præceptis, Auctoritati præstantiori, cuique in suo ordine, deferendum esse præ reliquis, ac parendum (*Vide D. Th lib. II. sent. Dist. XLV. quæst. II. art. II.*).

86. Quid? quod quis hæreticum cogit, ut Petri Successorem, in quo *ab antiquis diebus Deus.... elegit per* os (suum) *audire gentes* Verbum Evangelii, & credere (*Act. XV* 7.): tamquam hominem, qua Vicarius Christi, & totius Ecclesiæ Doctor est, accipere?

re?..... Ecclesia certe universa, in ejus docente ac præcipiente Visibili Capite audire se præ primis docentem ac præcipientem Christum Jesum, credit ac profitetur. *Pulchre interrogat* (Is) *quem dicunt homines esse Filium hominis? quia qui de filio hominis loquuntur, homines sunt: qui vero Divinitatem ejus intelligunt*; (& addamus licet: & quod intelligunt, aliis communicant), *non homines sed dii appellantur* (Hieronym. lib. III. Comment. in Matt. c. XVI.). Neque equidem Dei Personam Ecclesiæ in Capite, aut cum Capite suo temere damus, aut ipsa arroganter eamdem sibi sumit; data quippe, omnino sustinenda, ipsi est a Christo Domino: hisce efficacibus verbis, quod edicit, præstante: *Qui recipit* Vos, Me *recipit* (Matth. X. 4.); *Qui Vos audit, Me audit; & qui Vos spernit, Me spernit* (Luc. X. 16.); *Qui accipit* si quem *misero*, *Me accipit* (Joan. XIII. 20.).

87. Temere prorsus ex adverso, sacrilege, ac blaspheme, Christi Persona per summam audaciam sibi vindicata, in ejus nomine imperarent, sibique obedire postularent, præcisi a *Christi corpore, quod est Ecclesia* (ex Coloss. I. 24), Schismatici & Hæretici; atque adeo servum pecus, qui (sciens prudensque) ipsis obedirent, Christi servos appellarent. Verum hac in parte, quæ Potestatem ac Jurisdictionem spectat, istiusmodi homines se fere omnes agnoscunt; dumque materiam, suis æquam viribus, sumere, cogitant; diuque versant, Poema suum confingentes, quid ferre recusent, quid valeant eorum humeri: præcipiendi potestate, a cujus usu deridendos se prævident, destitutos se fateri, non erubescunt. At enim cum *discipulos, post se abductos*, liberos dimittere, e re illorum non esset; quid nostri Poetæ fecerint, captivis detinendis, notum omnibus est: in Principes videlicet (quidni etiam in Gallicæ Nationis pseudo-Repræsentantes?) ab armis non deridendos, in plures divisi sententias (de eorum more) Potestatem in sua sacra, re, verbis, ac scriptis transtulerunt. Quasi nempe aliquis esset Princeps, qui sibi tantum sumeret, ut Petri successorem se existimaret; cui acceptis clavibus, & pascendi potestate in Illo dictum est: *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in Cœlis: & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in Cœlis* (Matth. XVI. 19.); aut omnes simul Principes in ea essent sententia, ut pro aliorum Apostolorum successoribus haberi vellent; quibus Petro subordinatis, ut una Ecclesia constitueretur, dictum item est: *Quæcumque alligaveritis super terram &c.* (Idem XVIII. 18.)

88. Di-

88. Discant igitur tandem aliquando Antinomi Luciferianum tumorem deprimere: Deo ipsi, discant, obediri, cum ejus causa legitimæ Potestati cùm Ecclesiasticæ, tùm Seculari paretur. Videant, ne Christi Dei Naturalis Filii delatam hominibus, ex adoranda œconomia *forma Servi accepta*, obedientiam, impia doctrina, ac consuetudine suis oblique perstringere videantur: tamquam non omnino nobilissimum Dei, sed vilissimum hominum servum, ac abjectum ipsorum mancipium, se, qua Homo, præstiterit. Noverint propterea Ethnici nostri, Christianam servitutem, ad Christi servitutis imitationem, cum Dei adoptiva filiatione, cum jure, qua filii, ad hæreditatem, cum merito, qua servi, ad mercedem, quibus ab ingratitudine, & pravis moribus excidere possint, optime componi; nedum enim Paterfamilias Deus nobis *dedit potestatem filios ejus fieri* (Joann. I. 12.); sed insuper sponte sua *conventione facta*, *filios operarios* suos constituit: nostram industriam *denario diurno* comparat optimus Pater; hæreditatis cum laboris mercede spem faciens percepturæ, hujusce peracto vitæ die (*Matth. XX. a v.* 1.); cum *unusquisque* videlicet *quodcumque fecerit bonum*, *hoc recipiet a Domino*, *sive servus*, *sive liber*; (Ephes. VI. 8) sicut *qui injuriam facit*, *recipiet id*, *quod inique gessit: non enim est personarum acceptio apud Deum* (Coloss. III. 25.).

89. Inde profectò servos vel abjectissimos, tamquam nobilissimos Dei servos ac filios, alloquebatur Paulus: *Servi*, *obedite per omnia dominis carnalibus*, *non ad oculum servientes*, *quasi hominibus placentes*, *sed in simplicitate cordis*, *timentes Deum*. *Quodcumque facitis*, *ex animo operamini*, *sicut Domino*, *& non hominibus: scientes*, *quod a Domino accipietis* Retributionem Hereditatis: *Domino Christo servite* (Coloss. III. a 22); cujus servitus ita Civitate, *de qua gloriosa dicta sunt*, donat, nobilitat, felices ac tandem plene liberos reddit, ut *postquam dederit dilectis suis somnum* (mortis), *ecce hæreditas Domini*, *filii; merces*, *fructus ventris* (Psalm. CXXVI 4) hoc est, *filii* denuo, hebræa phrasi: ac talis hæreditas ac merces, cui comparandæ, numero ex omni classe infinitis vel ipsa mors, inter acerbissimos cruciatus, ac dolores obita, suavissima visa est; de quibus in Joannis Apocalypsi *Hi sunt*, dicitur, *qui venerunt de tribulatione magna*, *& laverunt stolas suas*, *& dealbaverunt eas in sanguine Agni..... non esurient*, *neque sitient amplius*, *neque cadet super illos sol*, *neque ullus æstus....... & absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum* (VII. a 14.), & alibi: *mors ultra non erit*, *neque luctus*, *neque cla-*

M 2 *mor*,

mor, neque dolor erit ultra (Ibid. XXI. 4.). Ad hæc proculdubio, tamquam in scopum, collineans Paulus, Corinthiis semel, atque iterum indixit: *Unusquisque in qua vocatione*, sive *in quo vocatus est, in ea*, seu *in hoc permaneat apud Deum* (I. Cor. VII. 20. 24.) *Servus*, subdit, *vocatus es? non sit tibi curæ; & si potes fieri liber, magis utere*. Melius tibi fortasse erit, si nolueris *accipere redemptionem, meliorem* inventurus *resurrectionem* (Ex Hebr. XI. 35.). *Qui enim in Domino vocatus est servus, libertus est Domini; similiter qui liber vocatus est, servus est Christi* (I. Cor. VII. 22.): *Omnes enim filii Dei estis per fidem, quæ est in Christo Jesu ..... Non est* apud Eum *Judæus, neque Græcus: non est servus, neque liber: non est masculus neque fœmina. Omnes enim vos Unum estis in Christo Jesu* (Galat. III. 26. 28.): Qui æquale fidei ac morum meritum Græci, servi, ac fœminæ æquali remunerabit præmio, ac Judæi, ac liberi, ac masculi: æquali, inquam, utrinque merito æquale præmium respondebit; *unusquisque* enim *in suo ordine* (I. Cor. XV. 23.) mercedem accipiet; ut scilicet in altiori ac beatiori gradu æternùm collocetur, qui sanctior hic fuerit.

90. Equidem non nescio, summo hæc opere displicere Æquatoribus, hoc est, cœlestis etiam ordinis, si fieri posset, Perturbatoribus, cùm antiquis, tùm hodiernis: quos æqualem in omnibus fidem: paria omnia in fide opera blaterantes; solaque Fide comminiscentes, quemque Sanctum esse: æquali gloria omnes donandos, constituere ipsos, oportet. Sed quis adeo insaniat, ut illud *Luthero* det; eo usque blasphemanti, ut in Sermone ad Populum hæc proferre sacrilegus Apostata non erubuerit: *Sumus pares* (quis nostrum sancte non exhorrescat?) *Matri Dei, & æque sancti, sicut illa; nisi quod non possumus esse Dei Matres, sicut illa fuit* (Serm. de Nativ. B. Virginis ap. P. Canis. L. I. de corruptel. Verbi Dei c. X. §. *Quare*) Sed missis blasphemiis, certam rationem noverat iste, qua nedum fratres, & sorores, sed Matres etiam Christi esse possumus; verum conditio observationis mandatorum durissima ipsi visa est; sed ait plane Christus: *Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, qui in Cœlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est* (Matth. XII. 50). At ejusmodi, pro diversitate diligentiæ in exequenda Dei voluntate, inæqualis dignitas manifeste omnino; atque, ut ita dicam, ad oculum adversabatur, nedum tumultuario illius systemati æqualitatis a fide Christianorum omnium, quicumque ii essent, inter se; sed blasphemo item anti-

anti-dogmati Æqualitatis ab eadem sola fide mortales inter & superos in sanctitate & justitia; atque adeo talis dignitas ipsi; non item nobis prætereunda: hac occasione animadvertentibus, Æqualitatis Spiritum ac Prædicationem, Rebellantium ab orbe condito, ac cauda sua alios ad ruinam trahentium, tesseram fuisse: *In Cœlum conscendam* (in corde suo ita loquens Lucifer ab *Isaia* inducitur), *super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium,* Similis ero Altissimo. (*Isai. XIV. a* 13.) Quàm vero contra acciderit refert Joannes in Apocalypsi (XII. 9.) *Et projectus*, inquit, *est Draco ille* Magnus, *serpens antiquus, qui vocatur Diabolus & Satanas, qui seducit Universum Orbem, & projectus est in terram, & Angeli ejus cum illo missi sunt.* Pergit nihilominus Æqualitatis, ac comitis Pseudo-Libertatis illecebra in similem ruinam primos Parentes pertrahere, & *cur, rogat, præcepit vobis Deus, ut non comederetis de omni ligno Paradisi? .... Ne forte moriamur.* Apage te cum hoc præcepto, *Nequaquam morte moriemini:* utimini vestra libertate; *scit enim Deus, quòd in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri: & eritis* sicut Dii, *scientes bonum & malum.* Proh! quot infelices juvenes incautos Pseudo-Illuminatorum Globus per adpromissam facilem encyclopedicæ scientiæ comparationem ad impietatem illaqueavit. Verum age, inceptam viam insistamus; quippe a decepta muliere *abiit* (Draco) *facere prælium cum reliquis de semine ejus* ,, Qui custodiunt ,, mandata Dei, & habent testimonium J. C. (Apoc. XII. 17.): libertatem a præceptis cùm divinis tùm humanis quibusdam persuadere, pietatis, quod mirere, specie, visus est: certe ac si tantam licentiam sibi persuasissent, aliis eam Antinomi annunciarunt: & in hac quidem cuivis, quod luberet facta, ac sibi sumpta, facultate, Deo, qui ceterum Omnipotens, id in rebus natura sua malis a summa sanctitate non potest, haud pares equidem se fecerunt: verum quoniam *superbia eorum, qui* (Deum) *oderunt ascendit semper* (Psalm. LXXIII. 23.), exaltasse eos dixeris *solium suum in lateribus Aquilonis*, nedum *super astra Dei*, hoc est, cælites omnes, sed super ipsum Deum: & exaltasse, quod in ipsis fuit, *in monte Testamenti;* abjecta quippe per summam perfidiam Christiana per totum Orbem Hierarchia, ac Ecclesiæ totius ex Scripturis, Conciliis & Patribus Catholica Doctrina: verbum suum, ex privato cujusque spiritu contrario licet, & invicem repugnante, Verbum Dei dixerunt; denique

magis

magis, hoc eſt ſibi, obediendum, quàm hominibus. *Dixi Serenitati Illius* (Maximiliano Bohemiæ Regi), *quod nulla ſit hæreticis magis uſitata, cantilena, quàm quòd, obedire magis oportere Deo, dicunt, quam hominibus. Quaſi vero Lutherus Deus ſit...... Putant ſe obedire Deo Adiaphoriſtæ; putant idem, & qui inſectantur eos Rigidi Lutherani, neque diverſum ſentiunt, & Sacramentarii, & Anabaptiſtæ, & reliqua fæx Hæreticorum. Interea tamen quiſque, non Deo, ſed ſuo, aut alicujus, cujus opinionem amplectitur, capiti obedire ſe, non obſcure declarat.* (Præſtantiſſ. Stanisl. Hoſius in Litter. ad Card. Borrom. 31. Oct. 1560.) Rurſus *Regi*, inquit, *dixi, me non poſſe ſatis mirari iſtorum hominum audaciam, & impudentiam, qui Lutheri ſui doctrinam non alio loco, quàm quo Chriſti Doctrinam haberi volunt; & ejus verbum, Dei verbum, vocari non dubitant. Quæ eſt, inquam, ſi non eſt hæc ipſiſſima idololatria?* (Idem ibid. ap. Raynald. ad ann. 1560. n. XVIII.) *Raynaldus* vero, relato *Melanchonis* errore de Baptiſmo; quem pro peccatis abluendis repetendum volebat, ſubdit: *Hi Hæreſiarchæ non modo ſe æquare Chriſto, ſed præferre voluere, dum inſtitutorum ab eo Sacramentorum partem delere, vel immutare, aut alia ſubſtituere, ac fingere voluerunt.* (Ad an. Chr. 1560. n. C.) Plane cum horum quiſque aſcendere præſumpſerit *ſuper altitudinem nubium*, Eccleſiæ ſupra Petram fundatæ vale dicto, ea a fluctuante illorum Anarchia hæreſeωn monſtra prodierunt, de quibus: tanta eſt veritatis vis! ſcribebat jam ætate ſua *Philippus Melanchon: Non diſſimulari poteſt, motis rebus* (quod ipſi fecerunt) *magnam varietatem opinionum exortam eſſe; & concedit Anarchia* (ab iiſdem ſollicitata) *licentiam malis ingeniis* (contra legitimas poteſtates rebellantibus) *fingendi monſtruoſa dogmata* (In Præf. libri inſcripti: *Corpus Doctrinæ Chriſtianæ*). Ubi enim pſeudo-libertatis, aut tumultuariæ ſaturnaliſque æqualitatis amore, circa Eccleſiæ Auctoritatem alicubi offunduntur tenebræ, & nox inducitur; *in ipſa* pertranſeunt ibi *omnes beſtiæ ſylvæ* (Ex Pſalm. CIII. 20), hoc eſt hæreſum monſtra, quæ aliàs a populorum convicio, ab Eccleſiæ luce ac fulminibus ad obſcura *cubilia* amandata ſeorſum fuerant, aut prorſus extincta (*).

§. VIII.

(*) Vigentium hàc illàc hæreſum, in anterioribus ætatibus prædamnatarum, ſpecimen accipito. Sæc. I. inter errores Simonis Magi recenſetur *ratio meriti ad ſalutem neceſſarii bonis operibus abdicata*. 2. De hæreticis coævis ſcribit *S. Ignatius* ad Smyrnenſes: *Euchariſtias, & oblationes non admittunt, quòd non confitcantur, Euchariſtiam carnem eſſe Salvatoris noſtri Jeſu*

§. VIII.

91. MIserrimos profecto eos populos, quos modo fraudulentissimus omnium erga eorum libertatem amor, revera odium, in certam eorumdem perniciem in errorem contra Dei Ecclesiam, ac Providentiam, contra Principum omnium Supremam Potestatem obvolvit. Scilicet uni omnibus adversabimini, ut omnes a Feritate vestra habeatis adversarios. Mementote qmæso *Ismaelis*, de quo ad æta-

Christi, quæ pro peccatis nostris passa est. 3. Cerinthus, *Divortia Matrimonii ad libitum fieri, errans permisit.* 4. Auctore S. Hieronymo de Script. Eccl., S. Joannes scripsit Evangel. *adversus Cerinthum aliosque hæreticos, & maxime tunc Ebionitarum dogma consurgens, qui asserunt, Christum ante Mariam non fuisse.* „ Sæc. II. *Helceseitæ* Virginitatem oderant, damnabant Continentiam, Nuptias omnibus imperabant. 2. *Carpocratiani* eos, qui Monasticum vitæ genus amplexi essent, aut Castitatem profiterentur, deridebant: quod frustra, ipsis iniquis judicibus, id sibi imponerent molestiæ, & laboris. Jejunia etiam damnabant & execrabantur. 3. *Valentiniani*, Catholicos, quòd animales, fide & operibus bonis ad consequendam salutem indigere; sibi vero cognitionem sufficere, quòd spirituales, dictitabant. 4. *Florinus*, Romanus Presbyter, Deum auctorem esse malorum, ausus est blasphemare. 5. *Artemonistæ*, auctore Anonymo apud *Eusebium*, (lib. V. Hist. Eccl. c. 27.) hæreticali astutia dicebant; sed præstat verba illius referre: *Ajunt isti*, inquit, *omnes Majores nostros, & ipsos Apostolos ea, quæ ipsi jam affirmant* (de Christo nudo homine) *non modo a Domino accepisse, verum etiam alios eadem docuisse; & veram prædicationis rationem usque ad Victoris tempora ..... integre servatam illam quidem: sed a Zephyrino illius Successore penitus corruptam & depravatam fuisse.....* 6. *Cainani* Baptismi ad Salutem necessitatem negabant. „ Sæc. III. *Felicissimus* quorundam Martyrum seu Confessorum mentes corrupit, ut vellent: lapsos omnes absque satisfactione mox recipiendos. 2. *Novatianus* Claves Ecclesiæ ad peccatorum remissionem in Sacramento Pœnitentiæ a Christo datas, pernegavit. 3. *Manichæi*, in homine non esse liberum arbitrium, libere contenderunt; ac Baptismum ad salutem esse necessarium, simili libertatis abusu nolebant. „ Sæc. IV. *Donatistæ* Ecclesiam a toto terrarum orbe defecisse, & intra Sectam suam coarctatam, commenti sunt: Ecclesiam Catholicam meretricem vocantes. 2. *Eunomius* Reliquias Martyrum contempsit, ac derisit, ipsorumque detraxit miraculis. 3. *Eustathiani* Traditiones Apostolicas rejiciebant; extra Ecclesiam Catholicam seorsim conventus celebrabant: Episcopos, aut Presbyteros nolebant: indicta ab Ecclesia jejunia aspernabantur; execrabantur denique Memorias Martyrum, & sacra Ministeria, quæ in ipsorum honorem fiebant. 4. *Aerius* Presbyteros Episcopis æquavit: orationes pro Defunctis, & bona pro illis suscepta opera damnavit: stata item jejunia, & in Ecclesia ab omnibus Christianis observari solita, ablegavit. 5. *Priscillianus*, licitum esse mendacium, etiam perjurio sociatum, docuit: hinc illius tessera: *jura, perjura, secretum prodere noli.* 6. *Helvidius* Deiparæ post partum Virginitatem negavit. 7. *Christianorum* Hieronymo *Epicurus*, *Jovinianus* Virginitati

ætatum omnium doctrinam scriptum est: *Hic erit ferus homo; manus ejus contra omnes, & manus omnium contra eum* (Genes. XVI. 12.) Alia profecto, atque alia fuit libertas cum patienti inæqualitate graduum conjuncta, quam ab Evangelica doctrina in Ecclesia accepistis. *Unusquisque in quo* (gradu) *vocatus est, in hoc permaneat apud Deum*, clamantem audivimus Apostolum, Evangelicæ libertatis a peccatis, a cupiditatibus, a doloribus, verbo, libertatis gratiæ, & gloriæ, si quis alius prædicatorem: in quo quidem cum divinæ tum huma-

Nuptias quoad meritum exæquabat, easque multis Sanctimonialibus, Monachiique, impio triumpho, persuasit; inter abstinentiam ciborum, & cum gratiarum actione perceptionem eorumdem, nullam esse differentiam, effutiebat; atque adeo jejunia & a certis cibis abstinentia, hujusce Epicuri sententia, nihil prosunt. Docuit item, hominem post Baptismum non posse peccare; omnium, qui suum Baptisma servaverint, unam esse in Regno Cœlorum remunerationem, seu æqualem gloriam; omnia peccata paria esse; B. V. Mariam in partu Virginem non fuisse. ,, Sæc. V. *Vigilantius*, Hieronymo *Dormitantius*, Hostis fuit Sacrarum Reliquiarum cultûs, orationis apud Deum Ss. Martyrum, nostræque ipsorum invocationis. Rursus contra Cœlibatum Clericorum, ac Monasticos Ordines depugnavit. 2. *Prædestinatiani*, ex Concilio Arelatensi, errarunt 1. asserentes: laborem humanæ obedientiæ divinæ gratiæ non esse jungendum. 2. Hominis liberum arbitrium post Adami lapsum esse penitus extinctum. 3. Christum non esse pro omnibus mortuum. 4. Dei voluntate perire, qui pereunt; atque adeo aliquos divinitùs esse deputatos ad mortem. De eorum existentia controversa consule. sis *Nat. Alex.* (Sæc. V.) affirmativam sententiam, tamquam probabiliorem, tuentem. ,, Sæc. VI. *Phantasiastæ*, humanas affectiones sitis, famis, defatigationis specie tenus ac sola œconomia Christum ante mortem, haud secus ac post resurrectionem, passum esse, tenuerunt. ,, Sæc. VII. *Muchamedes* seu *Moamedus*, aut *Mahometus*, inter plurimos errores, istos prædocuit; nempe fato prædestinativo homines agi; Deum seductionis humanæ auctorem esse; omnes Deum adorantes, & bene viventes salvandos; vindicantem se post injuriam illatam, nequaquam reum existere. 2. *Pauliciani* Transubstantiationis Hostibus prælusere, ante istos negantes Panis & Vini conversionem in substantiam Corporis & Sanguinis Christi; Cujus vivifico Crucis ligno cultum adhibendum etiam abjecerunt. ,, Sæc. VIII. Bellum, olim susceptum in sacras imagines a Gentilibus, Judæis, Marcionitis, Manichæis, Theopaschitis: *septuplum quam succendi consueverat*, exarsit sub tribus Imperatoribus *Leone Isauro*, *Constantino Copronymo*, & *Leone* hujus filio: pari, hoc est, irrito conatu pugnantibus contra sacras Reliquias, ac Sanctorum Invocationem. ,, Sæc. IX. *Claudius* Taurinensis Episcopus cum Sanctis Imaginibus figuras omnes Dominicæ Crucis ex Ecclesiis disjecit: Sacrarum etiam Reliquiarum Venerationem, Sanctorum Invocationem & Cultum, ac Peregrinationes ad Apostolorum Limina nullo discrimine, id est, zelo sine scientia impugnavit. 2. *Gothescalchus*, Deum quosdam ad vitam, alios ad mortem æternam prædestinasse, asseruit; & hinc, Christum pro Electis solum; non vero pro Reprobis mortem subiisse. 3. *Joannes Scotus Erigena* inter varios

humanæ providentiæ, ac cujuſque ſocietatis felicitati ſubſervivit; cum enim *paupertas & honeſtas a Deo* ſint (*Eccli. XI.* 14.); qui privati cujuſque ſalutis, ac boni communis cauſa, *pauperem facit, & ditat; humiliat, & ſublevat* (I. Reg. II. 7.): divino, vel ex hac una benevolentiſſima inæqualitate perſpicuo, Ordini cum nos, tum noſtra omnia aptare debemus; niſi quod procul abſit, cum impiis Divinæ Providentiæ impugnatoribus cenſeri voluerimus: quibus propterea neceſſaria ſit ſequens magni Chryſoſtomi ſuggillatio, ac doctrina: *Quam ſperas veniam, obſecro, quam excuſationem? Cum per ſingulos dies, imo vero ſingulis horis experimentum* Providentiæ *capias*, tamen ob Iæ-

 qua-

errores docuit, Euchariſtiam non eſſe verum Corpus & verum Sanguinem Chriſti, ſed eorum dumtaxat memoriam & figuram. „ Sæc. X. (A corruptis moribus, reverentia obvelandis, nimium eheu! deturpato); altera ex duabus dumtaxat, ſingulari Dei providentia, hæreſibus; iiſque in ipſa fere cuna oppreſſis, fuit negantis cujuſdam *Walfredi* animarum immortalitatem; eaque per Occitaniam ſerpſit medio hoc ſeculo; quam per Italiam præceſſerat certus materialiſmus, Deo corpus affingens, quem voce una receptiſſima *Anthropomorphiſmum* appellamus. „ Sæc. XI. *Manichæiſmi* nova propago, nocturnos nefarioſque conventus agens, ſententiâ Regis Roberti, & Synodi Aurelianenſis, viva combuſta, inter alia impia tradebant, Baptiſmum non tollere peccata; in Euchariſtia non eſſe Corpus Chriſti, Sanctos non eſſe invocandos, bona opera nihil prodeſſe ad ſalutem. 2. Per Diœceſin Cameracenſem graſſata hæreſis, a certo *Gandulpho* trahens originem, præter errorem contra cultum Sanctorum, eorumque Imaginum, & Altarium venerationem, Purgatorium negabat. 3. Inconſtans, ac rudis ingenii *Berengarius*, ultimo tandem ſerio errorem retractans, tenuit, Euchariſtiam eſſe merum ſignum, & figuram Corporis Chriſti; non Corpus ipſum & Sanguinem. 4. *Michael Cerularius*, turbulentum caput, Photianum Schiſma, jam fere oblitum, inſtauravit, odio in Romani Pontificis Primatum in univerſam Eccleſiam inſigne. „ Sæc. XII *Bogomili* Miſſæ Sacrificium contempſerunt; *Tanchelinus* Epiſcoporum ac Sacerdotum Miniſterium, rem inanem, nec a Chriſto inſtitutum, dixit; *Petrus* vero a *Bruis*, Baptiſmum parvulis ad ſalutem proficuum, negavit; in templa & Altaria debacchatus eſt; Cruces ſacras confringi ac comburi præcepit: Erravit etiam in veritatem Corporis & Sanguinis Chriſti in Euchariſtia, & in Miſſæ Sacrificium; quod nihil Defunctis prodeſſe, uti nec Orationes & Eleemosynas, effutiit; rejecitque traditiones Patrum. At at juſto prolixior Annotatio nemini non evaderet, ſi vel tantum *Waldenſium* hæreſis ea capita, quibus veluti ſchemate præformatæ ſunt noſtris temporibus proximiores ſectæ, recenſere hic vellem. Satis ergo ſuperque pro ſpecimine; a quo utinam Omnes Sectarii viderent, ſe cum illis, quos ſequuntur, *eſſe in medio Samariæ* (Reg. IV. VI. 20.) extra Hieruſalem militantis Eccleſiæ. Ad hæc quid ſunt melliti Sermones *Canzii* (an. 1749. ap. Cl. Gener. to. V. Theol. p. 262.)? *Juſtificationem* ſcilicet, *quæ ſola Fide, Chriſti Sanguine nixa, continetur; præclariſſimum Religionis Proteſtantium Palladium eſſe*; nempe quod cum artifice Luthero *de Cælo* cecidit, *tamquam*

qualitatem (Anti-Gracchianam), *quæ inter divites, & pauperes videtur*, Omnium Rerum Bonam Ordinationem damnas, idque injuste. *Si enim, ita, ut decebat, cum magna mentis intentione hæc scrutari voluisses*, Etiamsi nullum aliud Divinæ Providentiæ argumentum habuisses, certe ex Divitiis, & Paupertate eam deprehendere potuisses: *Paupertate enim sublata*, Vitæ totius Constitutio (Pseudo-Constitutione tua) Tolleretur, & omnis vivendi Ratio Perturbaretur: *Nam neque nauta erit, neque gubernator; non agricola, non cæmentarius, non textor, non sutor, non materiarius, non ærarius, non coriarius, pistorve; nec alius ullus opifex: quibus* (pedibus) *si nobis carendum sit* (ac non potius fulciendi), *omnia pessum ibunt: nunc enim, quasi magistra quædam optima, necessitas paupertatis singulos ad opera vel invitos*

fulgur, Catholicæ Ecclesiæ Anathemate; ridendum propterea magis, quàm refutandum, uti lepide olim jam fecit Auctor anonymus his versiculis, quibus levando Lectoris fastidio Annotationem claudo:

Ponis Justitiam tibi imputatam,
Non, quæ ponitur orthodoxe, inhærens:
Cur hoc? Es male conscius tibi ipsi;
Cui ut justitiæ nihil, sed ingens
Contra injustitiæ lues inhæret,
Hinc spes omnis abest tuæ salutis,
Ni quis Justitiam det imputatam.
Esto Justitiæ imputator absens.
Ut respondeat ergo condecenter
Jus causis meritoque retributum:
Sic ut Justitia est tibi Imputata;
Sic Mercede fruaris Imputata:
Proque injustitia, quæ tibi inhæret,
Est & pœna tibi futura inhærens.

(Ap. Raynald. an. 1560. n. XIX. ex MS. Vatican. Card. Hosi.)

Quam, precor, a meis lectoribus Clemens avertat Deus per J. C. merita; quibus innitatur, obsecramus, quicumque ex adverso est, ut Ipsi ad fidem pulsanti tandem aperiat; credatque, observationem mandatorum cùm Dei, tùm Præpositorum Ecclesiæ necessariam esse ad salutem: inter quæ æquissimum mandatum est, de sincera pœnitentia ab iis non servatis, animo conjuncta eadem deinceps, cum, vel si se dederit occasio examussim servandi. Hac Fide, in Ecclesiæ unitate præmunitus, speret ex Christi meritis, haud quidem temere, ipsa merita; quippe quæ simul Dei dona sunt; & pœnitentiæ saltem oleo parata Fidei lampade ad plures cum sapientibus vocari. Id si, ut oportet, *sine intermissione*, Spe ex divina promissione, Christi amore ac meritis *nihil* hæsitante, postulaverit; pulcherrimum habet conjiciendi locum, quod spe sua non frustrabitur: aliis, Fidei Christi lampade oleo destituta, ut in stultis virginibus, de Cœlo pulsis. Si cui *justo*, ut professus sum, longior adnotatio utilis evaserit: veniam ii dent, qui hoc infelicissimo sæculo injustitiam utilem vocant amicam.

vitos perurget. (Homil. V. adverſ. eos, qui tantum in Feſtis conveniunt &c. verſ. fin. To. V. edit. Venet. 1549.)

92. Hæc enim vero ſi cachinno excipias; cachinnandum te nobis magis exhibes, probe noſcentibus iniquum conſilium tuum: quos enim ſeductionis reti incautos ex æquo concluſiſti, haudquaquam vis pares; longe minus pariſſimos, ac liberos: quod equidem impos fruſtra velles. Quid ergo cum Libertate Æqualitatem totis lateribus inclamavit, & inclamare non ceſſat Antinomus, idemque Legislator? Quo conſilio mulſit, mulgetque hircos? Paucis dico: hoc uno; ut nempe hac arte apud mobile vulgus motus cieret, unde populum ſemper querulum, & identidem licentiæ avidum ſibi deinceps magis ac magis conciliaret ac devinciret: de quo tandem poſt iſta Saturnalia, armorum, pœnarum, ac Religionis metu *impariter* ad arbitrium, id eſt tyrannice, quod facit, diſponeret. Videas pariter volare verbum libertatis & æqualitatis, tamquam irrevocabile; & querelas acerbiſſimas de iniquitate, & tyrannide nunc in ſinu premi, nunc in Cælum attolli; qui enim ex his in genevenſem ſocialem contractum conſenſerunt, a decurtatis ex *Tarquinii ſuperbi* indicio floribus, qui inter alios eminebant, cum infelicibus civibus ſe exæquatos dolent, nulla ingenuæ ac nobilis libertatis acquiſitione. Alii contra eum audiunt, & ſenſu ipſo experiuntur veteris proverbii veritatem: *NON SEMPER ERUNT SATURNALIA*, conditionem, qua fidem ſuam obſtrinxerunt, efflagitant; & plane volunt omnimodam Libertatem, ac integram Æqualitatem: quibus ut ſatisfiat, neceſſe erit, ut quiſque *Encyclopedicus* apud ipſos ſit, idemque ſimul *Encyclotechnicus*: ut ſatisfiat Reipublicæ commodis, ne ablata verbis paupertate, omnia perturbentur. Quam hæc de populo antinomicis lenociniis decepto vim habeant, conjicere licet ex ſequenti *Anecdoto*. *Non apud indoctos*, ajebat olim Tullius, *ſed ut ego arbitror, in hominum eruditiſſimorum, & humaniſſimorum cœtu loquor. Audiſtis profecto dici Philoſophos Epicureos* (& Epicureos ſe profitentur, qui nobis negotium faceſſunt), *omnes res, quæ ſunt homini expetendæ, voluptate metiri: recte, an ſecus, nihil ad nos; aut ſi ad nos, nihil ad hoc tempus; ſed tamen* „ Lubricum genus Orationis adoleſcenti non acriter in„ telligenti, eſt ſæpe præceps. *Itaque admiſſarius iſte* (L. Piſo) ſi„ mul atque audivit a Philoſopho Voluptatem (idem ex æquo nobis „ dicere licet de libertate & æqualitate) tantopere laudari, nihil „ expiſcatus eſt: Sic ſuos ſenſus voluptarios omnes incitavit; ſic ad

 „ illi-

,, illius hanc orationem adhinniit, ut non Magistrum virtutis, sed
,, auctorem libidinis a se illum inventum arbitraretur. Græcus (Epi-
,, cureus) Primò distinguere, atque dividere illa, quemadmodum
,, dicerentur: iste claudus, quomodo ajunt, Pilam retinere: Quod
,, acceperat testificari....... *quid multa*? Græcus facilis, & valde
,, venustus nimis pugnax contra Senatorem Populi Romani esse no-
,, luit..... & simul inconstantiæ famam verebatur. Rogatus, invita-
,, tus, coactus ita multa ad istum de isto quoque scripsit, ut om-
,, nes hominis libidines, omnia stupra, omnia cœnarum, convivio-
,, rumque genera, adulteria denique ejus delicatissimis versibus ex-
,, presserit. (Cic. Orat. in L. Pis. in fin. vergent.)

93. Nempe de ejusmodi Fidei ac Morum Corruptoribus, atque adeo tandem publicæ tranquillitatis ac pacis perturbatoribus scriptum, numquam delendum (N B), jam erat: *Cogitaverunt Consilia*, *Quæ Non Potuerunt Stabilire* (Psalm. XX. 12.). Et mirum profecto videri potest, quod, toties summis cladibus, ac strage disjectis, de Epicurea libertate, *deque Saturni* ac *Graccborum* fatali æqualitate, consiliis; de ipsis stabiliendis inveniatur, qui cogitet. Hodiernis Pseudo-Liberatoribus, ac Æquatoribus deterrendis, satis superque esse deberet, si quis verus Philanthropismi sensus reliquus in ipsis est, unus Encyclopediæ, operis ipsis familiarissimi, articulus *Anabaptistes:* ibi enim, ad præsentis ætatis vitæ, utinam! Magisterium, historico-critice hæc referuntur: *Il (Sleidan) observe, que Luther avoit preche avec tant de force pour ce, qu' il appelloit.* La liberte Evangelique, *que les paysans de Suabe se liguerent ensemble sous pretexte de defendre la Doctrine Evangelique, & de secouer le joug de la servitude: obducta causa, quasi Doctrinam Evangelii tueri, & servitutem abs se profligare vellent. Ils commirent de grands desordres: la noblesse, qu' ils se proposoient d' exterminer, prit les armes contre eux, & apres en avoir tue un grand nombre, les obligea à poser les armes, excepté dans la Turinge, où Muncer, secondè de Pfiffer, homme hardi, avoit fixe le siege de son empire Chimerique à Mulhausen. Luther leur ecrivit plusieurs fois pour les engager à quitter les armes, mais toujours inutilment.* ,, Ils retorquerent contre Lui sa propre Doctrine, soute-
,, nant, que puisqu' ils avoient ètè rendus libres par le sang de
,, Jesus Christ, c' ètoit dejà trop d' outrage au nom chretien,
,, qu' ils eussent ètè rèputès esclaves par la noblesse; & que s' ils
,, prenoient les armes, c' ètoit par ordre de Dieu. Telles ètoient

,, les

„ les suites du fanatisme, où *Luther* lui meme avoit plongè l' Al-
„ lemagne par la libertè de ses opinions. Il est vrai que le com-
„ pte de Mansfeld, soutenu par les Princes & la noblesse d'Alle-
„ magne, defit & prit *Muncer* & *Pfiffer*, qui furent exècutès à
„ Mulhausen: (*Pfeiffero* apostata ordinis præmonstratensis in obstina-
„ tione perstante; *Muntzero*, presbytero, Rusticorum Duce ac conci-
„ tatore, Pœnitente ex *Spondano* a 1525. n. XII.) mais la secte
„ ne fut que dissipèe, & non dètruite; & *Luther*, suivant son ca-
„ ractere inconstant, dèsavoua en quelque sorte son premier libre
„ par un second, à la sollicitation de bien de gens de son parti,
„ qui trouvoient sa premiere demarche dure, & meme un peu
„ cruelle. Cependant les *Anabaptistes* se multiplierent & se trou-
„ verent assez puissans pour s' emparer de *Munster* en 1534., &
„ y soutenir un siege sous la conduite de Jean de Leyde, Tailleur
„ d' habits, qui se fit declarer leur Roi. La Ville fut reprise
„ sur eux par l' Eveque de *Munster* le 24. Juin 1745. (35.). Le
„ pretendu Roi, & son confident *Knisperdollin* y perirent par les
„ supplices; & depuis cet echec la secte des *Anabaptistes* n' a plus
„ osè se montrer ouvertemen en Allemagne.

94. His consonus fere est *Spondanus* (ann. 1525. 34. 35.); aliquanto vero copiosior, ac illustrior: ex quo pauca hæc juvat addere. Itaque infelices illi populi, a quibus *Rusticorum*, quod audit *Bellum*, aut grassatio excitata est, concitati primum sunt ab *Storkio*, *Muntzero*, aliisque Enthusiastarum Coryphæis adversus Episcopos, Clerum ac Monasteria: omnino impune. *Ubi autem* (facta per mœnia porta) *ventum est ad Barones, Comites & Principes...... tum vero de injuriis vindicandis* (scilicet tempestive) *cœptum est cogitari. Feruntur que paucis mensibus a diversis Principibus cæsi supra centum, vel etiam centum & triginta, aut centum quinquaginta, ut diversi numerant, eorum millia. Quorum res ut Lutherus vidit ad hunc modum inclinare, stylum in eos* (quorum antea tumultuarios Articulos in Saxonia publicari curaverat) *convertens, sanguinario plane scripto exagitavit, ac Principes in eos concitavit; quos paulo ante dixerat a Deo suscitatos, ut de solio Principes deturbarent: Haud ideo efficere valens (ut etiam illi exprobravit Erasmus), quominus crederent homines, per ipsius libellos, præsertim germanice scriptos pro libertate evangelica contra Tyrannidem humanam, hisce tumultibus fuisse datam occasionem.*

95. In-

95. Infinitus vero sim, si vel dumtaxat gravioris momenti damna, a seditiosis libertatis, æqualitatis & hujusmodi aliis vocibus, populis cum auctoribus importata, frustrataque istorum tandem aliquando consilia, huc advocare velim: ut imprudens omnino audiat, necesse sit, ac misanthropos crudelissimus, qui ex communiter hac in re contingentibus consilium sibi, ac populis salutare tempestive non capiat. Scio equidem Novantes hodiernos Philosophos tantam sibi superbiam sumere, ut quod alii desperarent, ipsi sibi suisque certo eventurum feliciter firmiterque adpromittant: at non nescio etiam, alios ejusmodi Pseudo-Prophetas extitisse, qui modo de Ecclesia, modo de felici armorum successu triumphum agerent ante victoriam. *Vide*, ajebat Lutherus in ipso libro, quo Principes in grassantes Rusticos excitabat, *ut exerceas, & promoveas sanctum Evangelium. Voce, loquere, scribe & prædica, quomodo leges humanæ nihil sunt: probibe, & dissuade, ne quis fiat Sacerdos, Monachus, aut Monialis; & quisquis in eo Statu sit, ut exeat: non præbe amplius pecunias pro Bullis, Candelis, Campanis, Tabulis, Templis: sed dic, vitam Christianam consistere in Fide, & Charitate:* „ Et sine, nos ista duos adhuc „ annos, agitare. Tunc videbis, ubi Papa, Episcopi, Cardinales, „ Presbyter, Monachus, & Monialis, Campanæ, Turris, Missa, „ Vigiliæ, Cuculla, Cappa, Rasura, Regula, Statuta, & totum „ examen, ac congeries Papalis Regiminis maneat: tamquam Fu- „ mus evanescet. „ *Sed falsus est vates iste*, subdit Coclæus in Actis Lutheri, *jampridem enim abiit biennium, posteaquam iste scripsit; & per gratiam & misericordiam Dei manent illa adbuc omnia; ut ex proprio Lutheri judicio intelligamus, os ejus non esse, ut jactat, os Christi, qui vera loquitur, & Veritas ipsa est: sed potius Os Diaboli, qui mendax est, & Pater ejus.*

96. *Quousque, Chari Fratres*, (flamma seditionis in Principes, *Muntzerus* ad Rusticos propere concitandos scribebat, Ap. Arnol. Meshov. in Hist. Anabaptist. lib. I.) *obdormiscitis? Quamdiu voluntati Dei repugnatis...... Vos vos certo confidite...... Nebulones in desperationem acti sunt; metuunt ut canes. Rumpite moras, nocuit differre paratis ...... Calamitatem impiorum ne respiciatis: supplices ad vos accedent, ejulabunt, adeoque precabuntur benigne, ac pueri essent.* Revera *binc coire undique captum* (ap. Rayn. an. 1525. n. 20.) *Conventiculamque* (Club) *vicatim babere*; dicere „ Advenisse „ tempus libertatis recuperandæ; lætari, exhortari alius alium: „ quan-

,, quantum lucri & honoris inde proventurum ad quemlibet, osten-
,, dere: velle Deum Rerum Publicarum quoque infelici plebi ad-
,, ministrationem semel concedere. ,, Quo autem successu nuper deflevimus. Ipsi vero, quoniam cum Tertio agebat Ordine Rusticorum, cessit morbum simulare, atque adeo non in prælio cecidit; sed captus in lecto est; ac Dei singulari benignitate revocatis erroribus, ac Sacramentis Catholice munitus capite plexus, ut paulo ante indicavimus. Fidem vero miseris Rusticis datam, qui prope erant, ut ipsa die se Principibus subjicerent, fefellit: *ad pugnam* enim *eos cohortans*, verba sunt Spondani (ad an. 1525. n. XII.), *inter alia* dixit, *se Bombardarum hostium globos omnes manica sua excepturum*.

97 Simili pseudo-prophetica oratione Helvetis suis animos addebat ad pugnam, in qua cum ipso cæsi sunt, *Zwinglius*; fore enim prædixerat, *ut omnes eorum, qui stabant ex adverso, Bombardæ, atque Lanceæ, ac alia Tormenta Bellica, in propria ipsorum viscera converterentur.* (Ap. Card. Stan. Hos. lib. de Judic. & Cens. de adoranda Trinit.) Sed quandoquidem ipsi, contra ac *Muntzero*, res cum incautis Rusticis non erat, *coacti sunt omnes, quorum opera & artificiis plebs fuerat concitata in primam aciem procedere*; atque hac ratione, quam prudentissimam quisque dixerit, *interfecti sunt fere omnes tantorum scelerum, & perfidiæ auctores: inter quos ceciderunt quamplurimi Sacerdotes, qui abjurato veræ Religionis cultu, se se in Satanæ famulatum conjecerant, repertusque est, multis vulneribus confectus, Zwinglius:* (Ex Litter. ad Clem. VII., Ill. id temporis Internuntii ap. Helvetos, Henrici Filonardi Episc.) Tigurini fugati, cæsis mille ex ipsis quingentis, inter quos 293. Senatores, bombardis omnibus ac munitionibus, ipsis numero longe superioribus, a trium *Cantonum* Catholicis ereptis; e quibus desiderati tantum 30. pedites: nec dissimilis sequentibus præliis successus fuit: Deo, Tigurinis ipsis tunc fatentibus, fidei, pietatis, ac libertatis Ecclesiæ Catholicorum Helvetorum zelum ardentissimum prosperante: quo aliis videlicet ostenderet, quid valeat in Deum, in B. Virginem, in Sanctos Constans Pietas ac Religio: ut modo ibi e proximo, rebus Catholicorum afflictis, pientissimi ritus spiret hactenus exemplum, quo ad pugnam pro aris & focis Catholicos deceat procedere: nec porro dubito, quin meminerint *qualiter Salvi facti sunt* contra hostes ejusmodi *Patres nostri* (Machab. I. IV. 9.).

98. Hæc

98. Hæc quidem primum ad *Domesticos Fidei;* Hostibus vero auctor sum, ut sibi mature prospiciant; ne forte in primam aciem, inter principes, hastatos, pilanos, triarios, Victimæ Libertatis, cogantur. Videant igitur quò se tuto recipiant, sua libertate cumulatissime fruituri; si Genevæ cum Russeau cineribus non licet, *Ferneyum* adeant; si *Ferneyum* omnes non capit; brevis mari est trajectus; experiantur num Anglica Constitutio eos patiatur? Desinant interea, iis, quibus chara servitus est, libertatem obtrudere. Quod si me non audiunt, audiant amabo, ne scilicet ipsis eorum libertas corrumpatur, *Viriatum*, quem ita adhortantem *Sertorium* inducit *Corneille* (In Sertor Act. IV. sc. VI·)

La Libertè n' est rien, quand tout le Monde est libre;
Mais il est beau de l' etre, & voir tout l' Univers
Soupirer sous le joug, & gèmir dans les fers.
Il est beau d' ètaler cette prerogative
Aux yeux du Rhone esclave, & de Rome captive;
Et de voir envier aux peuples abattus
Ce respect, que le sort garde pour les vertus. (*)

§. IX.

98. NEmpe referre pedem pudor vetat: repetitis igitur stimulis, ne morentur, juvandi. Age ergo quisquis es, age; neque enim res tibi est cum remotis Mexicanis, Europæorum armis, ac militari ex æquo disciplina destitutis: abrepta quidem vobis arma non desunt; sed brachiis vulgi opus; & vulgus mobile ubique est; cui profecto si cor Patrum redeat (&, ut sperare fas est, redibit) in perturbationis, libertatis ac æqualitatis obtentu, auctores arma obvertentur. Spes autem hæc philosophica etiam consideratione, quæ Magnos istos Homines præteriit, majorem in modum fulcitur ac crescit: eam vero suggessit Doctor Angelicus; qui secus ac Cl. alias *Montesquieu*, quid homini a climatis temperamento ac influxu tribui posset,

(*) Qua virtute fuerit Viriatus, paucis accipe: Calliditatis fuit is acerrimæ: ex venatore latro; ex latrone subito dux, atque Imperator factus universam Lusitaniam occupavit Victor, Domitor, Acquisitor, Illuminandorum, si viveret, magnum columen; ut cavendi sciens; ut declinandorum periculorum peritus; eaque continentia, ut quivis gregarius miles ipso Imperatore opulentior videretur.

possit, probe dignovit. Igitur *Attendendum*, inquit, *est* (*sicut tactum est supra in secundo libro*) *quòd regiones diversificantur quantum ad homines: & in complexione, & in modo vivendi, sicut cætera viventia, secundum aspectum Cæli .... Si enim plantæ transferuntur ad aliam regionem, ad ejus naturam convertuntur: simile est de piscibus & animalibus. Sicut ergo de viventibus, ita & de hominibus. Gallici enim, qui se transferunt in Siciliam, ad naturam applicantur Siculorum .... Hoc ergo supposito, dicendum est*, ,, Quod Regimen & Dominium ordinari debet secundum dispositionem gentis, ,, *sicut ipse Philosophus in Politicis tradit. Quædam autem provinciæ sunt servilis* (qua dure, qua suaviter obsequentis) *naturæ; & tales gubernari debent principatu despotico: includendo in despotico etiam regale* (De Regim. Principp. lib. IV. c. VIII. p. 21. fol. ver. col. 1.): & Regali quidem Principatu a medio sæculo V., secundum utique dispositionem Gentis, ordinatum est regimen, & dominium Galliæ (*): quam ob rem, cum dixisset laudatus D. Thomas: *Videmus quasdam Provincias aptas ad servitutem: quasdam autem ad libertatem*, subdit: *Propter quod* ,, Julius Celsus, & Amonius, qui describunt gesta ,, Francorum, & Germanorum, eos mores, & actus attribuunt eisdem, in quibus etiam nunc perseverant (*Opusc. cit. lib. II. c. IX. pag. 8. fol. vers. col. 2.*). ,,

99. At at sævi nostri ac liberi nimis *democratizantes*, antiquos mores id temporis perseverare, negant: quod dolentes concedamus ipsis, necesse est: adeo diu est, quod in pejus, aere ex pestilenti eorum ore, tamquam e *sepulchro patenti*, expirato antiqui mores immutati ac corrupti sunt. Verum eò magis ex veræ Philosophiæ dictatis Regale Regimen necessarium est, quo morum corruptio, linguis, ac scriptis afflata ac introducta, potentiori tandem vi in dies grassatur: & hìc etiam nobis suffragatur super omnem laudem eminens D. Thomas; ait enim: *apud sapientes, & homines virtuosos, ut fuerunt antiqui Romani, secundum imitationem talis naturæ* (in statu innocentiæ, in quo, præfatus fuerat, non fuisset regale dominium,

O sed

(*) Prima Galliæ Regum stirps *Merovingiorum* ita a *Meroveo* appellata, ab anno 448. annos omnino 304. regnavit, secunda *Carolinorum* annos 236. tertia ad hæc usque tempora 805., atque adeo primæ simul ac secundæ regnandi ætatem superat 265. annis: ut non mirere a Gallicanis pectoribus extirpari penitus non potuisse; nec Tarquinii Superbi *Regifugium*, ut quidam voluissent, renovari.

ſed politicum) *regimen politicum melius fuit*. ,, Sed quia perverſi ,, difficile corrigentur, & ſtultorum infinitus eſt numerus, ut dici- ,, tur in Eccleſiaſte, in natura corrupta Regimen Regale eſt fructuo- ,, ſius: quia oportet ipſam naturam humanam ſic diſpoſitam quaſi ad ,, ſui fluxum, limitibus refrenare. Hoc autem facit regale faſti- ,, gium. ,, *Unde ſcriptum eſt in proverb. 20. cap. Rex, qui ſedet in ſolio judicii diſſipat omne malum intuitu ſuo. Virga ergo diſciplinæ, quam quilibet timet, & rigor juſtitiæ ſunt neceſſaria in gubernatione mundi..... ergo quantum ad hoc excellit regale dominium*. (loc. cit.)

100. Regiminis igitur Monarchici cum Secularis, tum Eccleſiaſtici hoſtes ex his omnibus, quæ maximi certe momenti ſunt, ſalutarem conjecturam capiant, licet; quo videlicet tandem deveniet *democratizans* (pro *tyrannizans*) *Conſtitutio* apud gallicanam gentem; quæ a Catholicæ Fidei ſpiritu, & morum antiquorum pondere, fidelitate, amore, ac obedientia erga Monarchas ſuos, & Eccleſiam palmam aliis præripere hactenus geſtiebat. *Prima* proculdubio *opera* faciet, cum pudori ac pœnitentiæ loco facto, in mentem ipſi venerit, *unde* in aliarum gentium contemptum ac abominationem *exciderit*: magno honori ſibi ducens, gradum revocare; nihil juramenti ſuperſtitione deterrita, ficulnei anti-Catholicæ Conſtitutionis fulcimenti. Maximi quidem juramenti Religio eſſe, ac fieri debet; & utinam facta maximi numquam non fuiſſet; neque id, datæ olim Regi & Eccleſiæ, fractæ fidei auctores meriti fuiſſent, ut fides ipſis frangeretur: quibus enim principiis venerandum docemur juramenti vinculum, iiſdem diſcimus, vinculum iniquitatis ipſum non eſſe; neque hujus obſervationem, niſi a ſuperſtitioſis (quam laudem, credo, noluerint hoſtes) urgeri poſſe. Nempe ex juris Regula vulgatiſſima, *Non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum Juramentum*. Verum enim vero non deerit fortaſſe minus cautus aliquis de Catholicis, qui, id dumtaxat tenere, dicat de famoſo juramento, qua parte juriſdictioni ac rei Eccleſiaſticæ vulnus infligitur; neutiquam vero qua reſpicit novi Regiminis formam, novos videlicet electores, novos Magiſtratus ex quacumque Secta, quæ ſub Cælo ſit, deſignandos, deligendos, conſtituendos. Sed aliter atque aliter ſentiet, de Evangelica D. Thomæ ſagacitate admonitus, cum enim quæſiiſſet. *Utrum infideles poſſint habere prælationem, ſeu dominium ſupra fideles*? ita rem quod præſens argumentum attinet, ad vivum reſecat, nemini non probando, reſponſo: *quòd nempe circa hoc dupliciter loqui poſſumus: uno*

modo

modo de dominio vel prælatione infidelium super fideles ,, de novo ,, instituenda; & hoc nullo modo permitti debet; cederet enim hoc (En vinculum iniquitatis omnino cavendum) ,, in scandalum, & in ,, periculum Fidei: De facili enim illi, qui subjiciuntur aliorum ju- ,, risdictioni, immutari possunt ab eis, Quibus subsunt, ut sequan- ,, tur eorum Imperium, nisi illi qui subsunt fuerint magnæ virtutis ,, ... & ideo nullo modo permittit Ecclesia, quod infideles acqui- ,, rant dominium super fideles, vel qualitercumque eis præficiantur ,, in aliquo officio. ,, *Alio modo &c.* (2. 2. q. art. X. in corp.)

101. Itaque juramenti, a Catholicis metu extorti, fulcro hostibus nostris ablato, reliqua ipsis est, si modo securitati suæ consultum volunt, prompta ac velox e finibus totius Galliæ emigratio. Qui plane, si Principum regimen Pharaonicus, aut Affricanus dominatus ipsis erat; simulque charitatis ardore flagrabant, habebant scilicet, quem imitarentur, *Moysen* cum duram servitutem servientibus, imperturbato Ægypti ordine, aliò progredientem; tres insuper magnanimos heroas, quos Gallia Christiana Orbi dedit Captivorum Redemptores Sanctissimos: *Petrum Nolascum*, *Joannem de Matha*, *& Felicem Valesium*; qui tot numero miseros, immota Africæ Constitutione, e captivitatis vinculis liberarunt, quot Gallia Universa, si viverent, frequentari posset; & ab Hodierna Captivitate, quam alii *Revolutionem* vocant, libertate armis reclamata, statim expedire: armis, inquam; nisi videlicet charitate, seu commiseratione cum erga se ipsos, tum erga alios commoti, *terrarum orbis liberatores* isti post Alexandrum Magnum (Ex Q. Curt. l. III. n. 10.), Regi tandem, quod Regis, &, quod Dei est, Deo, reddere constituerent.

§. X.

102. Porro *nihil ita humano generi*, ajebat *Chrysostomus*, (In Epist. ad Tim. I. c. 1. hom. 11.) *nocere consuevit, ut amicitiam contemnere..... Sicuti e contrario nihil est, quod ita res humanas moderetur ac dirigat, ut hanc omnibus viribus persequi: quod profecto Christus insinuans ajebat: Si duo ex vobis consenserint in unum, quicquid petierint accipient; & rursus* ,, Cum abundaverit iniquitas, refrige- ,, scet charitas multorum. ,, *Ejusmodi profecto contemptus omnes hæreses genuit; quippe ex eo quod non diligerent fratres, secundis eorum successibus invidebant: ex ea autem invidia dominationis ambitu*

tenebantur: porro ex ea ambitione hereses nascebantur: idcirco & Paulus cum dixisset ,, Ut denuncies quibusdam non aliter docere, modum ei ,, suggerit, quo id fieri possit. *Quinam vero hic est? Charitas.* ,, Utique *Charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non fi-* ,, *cta: a quibus quidam aberrantes* Conversi sunt in vaniloquium, ,, Volentes esse Legis Doctores. (*I. ad Tim. C. I. a v. 5.*)

103. Equidem, si ipsos audis, amorem, amicitiam, beneficentiam eò usque jactant; ut hanc unam pro virtute agnoscere se, quo magis seducant, blasphement. Novimus quidem *& in malis dilectionem inveniri: puta, latrones latrones amant, & homicidæ homicidas* (Chrysost. loc. cit.), sed ista *dilectio culpabilis, atque damnabilis est*, uti ea, *qua se diligunt invicem adulteri & adulteræ; scortatores & meretrices*; & qua item impii se ipsos diligunt; quam dilectionem recte odium appellaveris; *qui enim aliter se diligit (nisi quod diligit Deum), potius se odisse dicendus est.... fitque in eo, quod verissime scriptum est: qui autem amat iniquitatem, odit animam suam* (Aug. Epist. 155. al. 52. ad Marcellin. c. IV. n. 15.). Ad quos propterea, elata, quantum possumus, voce, clamamus, ne quemquam amare pergant, sicut se ipsos: *Quando enim non invenio se ipsum diligentem*, sapienter differebat Augustinus (Serm. XC. al. XIV. inter editos a Sirmondo n. 6.), *quomodo ei permitto proximum, quem diligat, sicut se ipsum.*

104. Norma igitur charitatis erga proximos, quam summo populorum damno isti pervertunt, duplex innotescit, ut optime tradit Cl. P. *de Rubeis* (Tract. de Charit. c. XXII.): *Dilectio* nempe, *qua Deus diligit nos, & amor charitatis, quo nos diligimus nos ipsos.* Utraque exposcit, ut proximo ex charitate velimus *ipsum Deum, ac æternam beatitudinem, ac dona sive bona sublimia gratiæ, & gloriæ, virtutum omnium honestatem, ac alia demum beneficia, quatenus via sunt ad beatitudinem, ac divinas exprimunt perfectiones:* & ab ejusmodi quidem Charitate, neque amicis peccantibus, neque inimicis exclusis: erga quorum tamen officia & affectum audire juvat *Augustinum & Thomam:* quo videlicet charitatis norma clarius elucescet; & hic quidem docet, *quod amicis peccantibus...... non sunt subtrahenda amicitiæ beneficia, quamdiu habetur spes sanationis eorum...... sed quando*, inquit, *in maximam malitiam incidunt, & insanabiles fiunt, tunc non est eis amicitiæ familiaritas exhibenda, & ideo ejusmodi peccantes, de quibus magis præsumitur nocumentum aliorum, quam eorum emen-*

emendatio, secundum legem divinam, & humanam præcipiuntur occidi:
,, Et tamen hoc facit Judex non ex odio eorum, sed ex amore cha-
,, ritatis, qua bonum publicum præfertur vitæ singularis personæ.
Et etiam mors inflicta per Judicem peccatori prodest: sive convertatur, ad culpæ expiationem: sive non convertatur, ad culpæ exterminationem, quia per hoc tollitur ei potestas amplius peccandi (2. 2. q. 25. art. 6. ad 2.) hoc est nocendi (Ex Estio in lib. IV. d. ult. §. 1.). S. vero *Augustinus quæro*, inquit, *quare diligis inimicum? Ut sanus sit in hac vita? Quid si non illi expedit? Ut dives sit? Quid si ipsis divitiis excæcabitur? Ut uxorem ducat? Quid, si amaram vitam inde patiatur? Ut Filios habeat? Quid si mali erunt? Incerta ergo sunt ista, quæ videris optare inimico tuo, quia diligis eum. Opta illi, ut habeat tecum vitam æternam: opta illi, ut sit frater tuus. Si ergo hoc optas..... cum eum diligis, fratrem diligis* (Tract. VIII. in Epist. I. Jo. n. 10.); *non* utique, ut alibi ratiocinatur, *sicut se diligunt qui corrumpunt, nec sicut se diligunt homines, quoniam homines sunt; sed..... quoniam Dei sunt, & filii Altissimi omnes, ut sint in Filio ejus Unico fratres; ea dilectione invicem diligentes, qua ipse dilexit nos, perducturus eos ad illum finem, qui sufficit eis, ubi satietur in bonis desiderium eorum* (Tract. LXV. in Jo.).

105. De hac charitate, cui *Calviniani* cum *Lutheranis* frustra laborant omnium virtutum primatum tollere; quæ hominem consortem *divinæ naturæ* reddit (*II. Petr. I.* 4.), hoc est, ipsum constituit *Deum participative*, ut loquuntur Theologi, ejus filium adoptivum, & amicum (vel per se, vel per gratiam sibi numquam non conjunctam) atque adeo Deo ipsi æqualem, ratione quadam proportionali: divinis bonis cum ipso Deo eidem communicatis: nedum conciliata ipsi cœlesti curia universa: a quorum amico fœdere confortatus, trepido timore pulso, ac foras misso, hostiles conatus, minas ac vim contemnat; *plures enim nobiscum sunt, quàm cum illis* (IV. Reg. VI. 16.): de hac, inquam, charitate, quæ cùm Deum, tùm propter Deum homines invicem diligi, legesque observari præcipit, suadet, ac efficit: *plenitudo* quippe *legis est dilectio* (Rom. XIII. 10.): *grandis* mihi *sermo*; si modo institutæ velitationis ratio id pateretur. Et requidem vera hujusce Charitatis defectu res Catholica in eum statum delata est, & deferri alicubi passa; ut denuo christianæ dilectionis doctrina imbuendi sint, si modo, ut quidem, par est, velint (*potestatem* enim dumtaxat *filios Dei fieri* dedit hominibus Incarnatum

Ver-

Verbum *Jo. I. 12.* & *quisque in potestate habere dicitur, quod, si vult, facit; si non vult, non facit*, Aug. de Sp. & Lit. c. XXXI.) ii, per quos tantum damnum in Ecclesia factum est. Id enim tandem impiis scriptis, blanditiis ac terroribus Ecclesiæ Hostes consequuti a non paucis sunt, ut *Agar* pro *Sara*; *Lia* pro *Rachele* fraude pessima ab Universa Natione recipi videretur: & ad Christianæ Religionis lumen, triumphum summa audacia agere, videmus, impiam, in Charitatem, anti-evangelicam doctrinam: *Il n'y a que la douce égalité, dit trés-bien M. Rosseau, qui puisse rétablir l'ordre de la nature, former une instruction pour les uns, une consolation pour les autres, & un lien de amitié pour tous.* Ita ex illis unus, ad quos Apostolus: *imbecilles facti estis ad audiendum; etenim cum deberetis Magistri esse propter tempus: rursum indigetis, ut vos doceamini: quæ sint exordia sermonum Dei: & facti estis, quibus lacte opus sit; non solido cibo....... Perfectorum autem est solidus cibus: eorum, qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni, ac mali* (Hebræor. V. a v. 11.).

106. Jam cujus sit generis hìc proposita *la douce egalité .....* ostendit satis superque Encyclopediæ articulus *Saturnales*, ubi illa probatur: perpetuo desiderato ejusmodi festo, quod per certos dumtaxat dies apud Romanos Statuum Confusione celebrabatur: in quo *La Statue de Saturne, qui étoit liée de bandelettes de laine pendant toute l'année, apparemment en mémoire de la captivité, où il avoit été réduit par les Titans, & par Jupiter, en étoit dégagée pendant la fete, soit pour marquer sa delivrance, soit pour représenter la liberté, qui regnoit pendant le siecle d'or.* (Erit enim tempus *II. ad Tim. IV.* 3. 4. cum sanam Doctrinam non sustinebunt; sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros, prurientes auribus: & a veritate quidem auditum avertent; AD FABULAS AUTEM CONVERTENTUR.) *& Celle dont on jouissoit pendant les Saturnales. En effet, toute apparence de servitude en étoit bannie, les esclaves portoient le Chapeau, marque de liberté; se vetissoient des memes habits, que les Citoyens, & se choisissoient un Roi de la fete.*

107. Itaque æqualitas hìc tantopere prædicata, a qua, abdicato ordine charitatis, & gratiæ statu, ordo naturæ restaurandus dicitur: æqualitate ipsa magistra, solatio, ac communis amicitiæ conciliatrice: Anti-Christiana omnino est, Anti-Hierarchica; & nedum insuper Anti-Monarchica, sed prorsus etiam Anti-Nationalis; cer-

te

te eo dumtaxat ſenſu Nationalis dicenda, quo Nationale ab Ethnico non differt. Et primo quidem Anti-Chriſtianam & Anti-Hierarchicam poſui; non equidem impiorum auctorum, ac ſapientium cauſa, quibus id plane compertum eſt; ſed eorum ſolum, qui nihil hactenus in iſta una æqualitate, in ordinis naturæ reſtauratione, in communi ab iis profecta amicitia: nihil, inquam, nedum incommodi & difficultatis, ſed ne quidem, quod maxime mirandum eſt, contra Catholicam Fidem viderunt: qui, vellem, mihi proinde dicerent: quis locus tandem erit reliquus Religioni revelatæ, atque adeo Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, & regno Charitatis ab ejuſmodi impiis conſiliis? quæ eo profecto tendunt, ut paulatim, ſenſim & ſine ſenſu incautus populus aſſueſcat, Eccleſiam, ejus doctrinam ac regimen prorſus contemnere; ac ſubſtituto Religionis impio commento, veram abjicere (*); diſciſſoque Catholicæ Charitatis vinculo, in partes innu-

(*) Certus mihi notus Hiſpanus, amici rogatu, duobus fere abhinc annis, ex Germanicis Monumentis, apud Pſeudo-Illuminatos (impiorum colligationem) de improviſo in Bavaria Captos, deprehenſis; ac illius Politici Regiminis imperio duobus voluminibus editis *Monachii* per *Joſ. Lentner* an. 1787. Epitomen hiſpanice ordinavit, quam ineditam apud me ſervo: ex qua non erit abs re hæc, & forte alibi alia excerpta ſubjicere: „ El fin, „ que eſta Secta impia propone a ſus Alumnos es vario, ſegun la diverſidad „ de las Claſſes, en que ſon recibidos, conforme la confianza, o desconfianza, que de ellos hacen. A los principios ſe les aſſegura, que el unico „ y verdadero fin de la orden (aſſi llaman el mayor deſorden del mundo) „ es de hacer intereſſante a los hombres la perfeccion de ſu mente, o razon, y de ſu caracter moral: de trabajar a la propagacion de las ſciencias, y conocimientos humanos y ſociables: de impedir, y cortar el „ curſo a las ideas malignas del mundo: de aſſiſtir, y favorecer a los virtuoſos, neceſſitados, y affligidos: de penſar a la promocion de los hombres de merito; prometiendo al miſmo tiempo de facilitar en modo particular el aprovechamiento en las letras; de dar reglas eſpeciales y medios para hacer amable la moderacion, y aurea mediania en la conducta „ de vida; para la hoſpitalidad, ſalud, y larga vida; para ahorrar cet. cet. „ cet. *Fiſtula dulce canit*, añade el editor Aleman, *volucrem dum decipit* „ *auceps* „.

„ Quando por el trato, libros, o eſcritos compueſtos, por lo que les „ dicta ſu ſolo capricho, ſobre el aſſunto, que ſe les da: por exemplo, del „ Suicidio, de la Conſtitucion de los Eſtados, de coſas tocantes a Religion, del modo de indiſponer los Vaſſallos contra ſus legitimos Principes, cet. cet., conocen, que van diſcuriendo a ſu modo de ellos, entonces ſe les confia otro fin, que *Weishaupt*, baxo el nombre de *Spartaco*, Cabeza de la Secta, explica en frances con eſtas palabras: *Mon but* „ *eſt faire valoir la raiſon* (Vol. I. pag. 215.), y en otra parte: *eloquent* „ *Platon, ſage Morus, vertueux Saint Pierre, vous voulez ramener ce globe*

innumeras, quas hodierni globi adumbrant, ipse dispergatur, dissipetur: barbarorum more dilaceretur, ac prorsus tandem penitus ac funditus hac illac disperdatur. Hoc quidem barathrum, unde vel modo florentissima Natio vix emergere queat, velo ob oculos obtento, ne deterrita se retrahat, obtegitur; at certissimò ipsi paratum est ab istis æqualitatis, ac communis inde amicitiæ fraudulentis amplificatoribus, qui Nationum, barbarorum ritu, ex libertate dispersionem, pro lucro ingenti adnumerant. Antehac quidem Principum in & supra Ecclesiam potestatem, ut ipsos cum Ista perderent, immensum attollebant; modo vero, ut Nationes ad ruinam præparent, harum potestatem supra Principes in modum audacissimum, iniquissimumque jactant ac deprædicant: itaque miseræ Nationes

Tolluntur in altum, ut lapsu graviore ruant.

Ad bellum modo, hoc est, novam seditionem gallicanæ nationis miserrimam plebem commoveri, inflammarique ab ipsis, audio. In quos?

In

,, *entier a la paix universelle. Si une rèvèrie* (blasphemo!) *aussi sublime*
,, *peut jamais se realiser, c' est en ramenant tous les hommes au culte de la*
,, *nature. Voila le dernier but de mon ouvrage.* Falta pero todavia algo;
,, pues como dice muy bien en una nota el indicado Editor, tomando o-
,, casion del texto de los M. ss.: se ve de lo antecedente, y de lo que di-
,, cen despues, que estos impios avian formado el proyecto (y no se sabe
,, que lo hayan abandonado) de adulterar y sepultar la Religion Christi-
,, ana, formando la suya, con nuevo Sacerdocio, del *Naturalismo*, *Pyrro-*
,, *nismo*, *Aheismo*, y semejantes. Y cuidado, que todo, lo que conduce
,, para llegar a este abismo de maldad, dicen, que es licito: fingir sellos,
,, inficionar habitaciones, dar veneno, alborotar, despreciar juramentos,
,, deponer Priucipes, y otros que se les atraviessen; o no dexando a aquel-
,, los mas movimiento, que el que es proprio de uua Machina, baxo la
,, direccion de los Superiores de la secta y de su *Areopago*: que halla su
,, consolacion, contemplando con risadas la credulidad, que hallan en
,, algunos. Quanta parte haya tenido esta secta incendiaria, llamada tam-
,, bien *del fuego*, en la presente Combustion de Francia, quando por otra
,, parte no fuesse evidente, lo manifiestan sobrado las siguientes palabras de
,, un informe de uno de los principales por nombre Philon (*Vol. II.*) en
,, que baxo el titulo ,, *Frankreich* dice: *Hier rathe ich noch vorerst nichts*
zu unternehmen. Ehe ich (,, sigo la ortographia del impresso con punto
,, antes del *Ehe*: el sentido es el mismo, que con dos ,,) *die Geschäfte vom*
Halse habe, lasse ich sogar alle vorschläge in Elsass, und Lothringen liegen.
,, Quien tenga la curiosidad de entenderlas a la letra, podra dirigirse a in-
,, terprete mas perito, Quisiera que fuesse falso lo que dice un Pseudo-
,, Apostol de la Secta de la existencia de una Lonja en *Cremona*: como no
,, agradecerà de cierto la Universidad de *Pavia* con sus Professores el elogio
,, que de ella, y de estos hace el mismo Pseudo-Apostol de la Secta (*Vol.*
,, *II.*). Basta.

In nobiliorem civium partem, qui in fide Regi ſuo data a Nobilitatis ſenſu, & Religionis zelo conſtantes: Regni totius, Eccleſiæ Juribus, ac priſtinæ libertati, armis, ſi aliter aſſequi non poteſt, conſultum volunt. Quo autem jure plebem in iſtos, ac in alias nationes (tantam enim ſuperbiam in ſe recipiunt) commovent? Prorſus nullo: nobilium emigrantium, ipſiſque faventium, parte evidenti jure præfulgente: a cujus evidentia, armorum vis juſta utrimque eſſe non poteſt. Qua deinde charitate? Ne quæras. Cum iis enim res eſt, qui una contenti naturali æqualitate, ac amicitia (ne quid modo dicam de effrenata cupiditatum libertate) publicum bellum ſupernæ charitatis Ordini, ac Regno indixerunt; quibuſque perverſa mens edicit, contra Apoſtolum (*ad Rom. III.*), & ipſum naturæ lumen, facienda mala, ut eveniant bona: & quidem, quod malitiam cumulat, quæ iis dumtaxat bona ſunt, qui malum dicunt bonum, & bonum malum. Qua demum ſpe claſſicum inflant? Plurima, imo certiſſima exploratiſſimaque: ,, Ejuſmodi enim homines vincunt, cum ,, Nationes deſtruunt (*),, triumphum agitant, tropæa erigunt: ex

P corum

(*) Ex Documento IV., quæ *Spartaci* eſt Allocutio, inter M. ſſ. bajoarica nuper citata, *Vol. II.*, hæc ex indicato epitomatore, nullatenus hic prætermittenda: ,, Las maximas de igualdad, y libertad ſe hallan en eſta ,, Allocucion promovidas con calor y artificio, capaz de ſeducir a la gente ,, de taberna, y generalmente al tercer orden. Por ella ſe ve ſiempre mas, ,, y mas, que el fin de eſtos malcontentos ſuicidas, (por lo menos de doctrina) es entre otros de aumentar el deſcontento en los Eſtados haſta tal ,, punto, que las Naciones ſe hagan licito el ſuicidio de ſi miſmas. Ahora ,, ſe engrandece el poder de las Naciones para degradar los Reyes: con eſto ,, las Naciones ſe irian deshaciendo por ſi miſmas, tomando otras formas ,, (y en falta de eſtas la cadaverica): y ya deſde lo alto de ſugabia ſe glorian de ver los hombres en el eſtado de barbarie. De hecho los medios, ,, ſi no hallaſſen opoſicion, ſon acomodados a la diſperſion pretendida, y a ,, la conſiguiente total ruina; pues eſcrito eſtà: *Percutiam Paſtorem, & diſpergentur oves*. Ni dudan de prometer francamente a los ſuyos; que ellos ſon capaces de dar tal eſtabilidad a las particulares familias de los ,, hombres libres, e independientes unos de otros; quando ſe hallen ya reducidos por el choque (aunque mortal) de unos con otros a ſu igualdad, ,, y libertad natural, eſto es, animal; que no haya ya en lo por venir peligro alguno, que las Naciones buelvan otra vez a tomar cuerpo. Y ,, eſto como ſe logra? *Spectatum admiſſi, riſum teneatis, amici:* Eſto ſe logra por via de Declaraciones Philoſophicas, proponiendo a los hombres ,, el deſinteres, el amor reciproco, el contentarſe de vivir de la caza, de ,, la peſca, de raizes, ſin las comodidades de la vida civil; oy aqui, mañana allà, como barbaros pobres, y deſnudos, por conſervarſe deſeſperadamente, aumque en pelo, y por los ſuelos, en ſu igualdad, y libertad.

eorum enim grege ſunt, qui *lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis* (Prov. II. 14.): iis omnino ſimiles qui a Tarantulis morſi in *Apulia* ſaltant ac tripudiant; ſaltando ac tripudiando emoriuntur.

§. X I.

108. JAM vero æqualitatem iſtam, extremæ ruinæ gravidam, eviſcerare, quo melius agnita ab omnibus averſetur; ipſique noſtram ex adverſo æqualitatem opponere: quo falſo ſplendore hallucinati ab illius laqueis ſe expediant, opere pretium exiſtimo. Itaque

,, Diſcurra V., ſi la Zizaña de eſta doctrina es capaz de producir fruto *per-*
,, *manente* en gente, que ha gozado de las comodidades, poder, y pro-
,, teccion, que trahe conſigo la vida civil en los Eſtados. Con todo ellos
,, van adelante en ſus ſediciosſas Declaraciones por odio, ſobrado de-
,, clarado, a todo buen govierno. Con eſte eſpiritu de odio, a quienes les
,, procuraban toda comodidad, quieren perſuadir a los franceſes, que a-
,, bandonen abſolutamente el azucar, que no hagan caſo de eſte alivio, o
,, del otro: para inducirlos a creer bovamente, que no neceſſitan de Rey,
,, ni de trono para nada. *Wer den Menſchen Mäſſigkeit, Genugsamkeit,*
,, *und Zufriedenheit mit ihrem Stand predigt, iſt den Thronem weit gefährli-*
,, *cher, als wenn er den Königſmord predigte* (ibi). Quien dudaria, aun-
,, que no nos lo dixeſſè eſte depravado Profeſſor de Ingolſtad, que la tem-
,, planza, moderacion, parſimonia cet., predicada con eſte eſpiritu, ſea de
,, ſumo peligro a los Eſtados; y conducente para introducir por algun tiem-
,, po la barbarie con ſus crueldades, y miſerias en los pueblos mas civiliza-
,, dos? Otro y muy otro ha ſido, y ſera ſiempre el eſpiritu de la Igleſia,
,, que no podra gloriarſe de haverlo pervertido; como ſe gloria de privar-
,, la de los que ſe intereſſan por Ella, y por los Eſtados, para llegar por
,, ahi a ſepultarlos. *Entziehen* (los de eſta mala raza y ſus fautores) *den*
,, *Arbeiten des Staats, und der Kirche die fähigte Köpfe, und Arbeiter .....*
,, *Untergraben eben dadurch den Staat, Wenn ſie es gleich nicht zum zweck*
,, *haben* cet. (ibi). Ahora conocieran ya aun los *Phrigios, qui ſero ſapi-*
,, *unt*, donde miraba el hacerſe licito hablar, y eſcrivir de todo, de theolo-
,, gia, de dogmas cet, ſin mas que una noticia muy ſuperficial: iban a ſa-
,, car las Naciones de la menor edad; a ponerlas en eſtado de tenerſe por
,, libres, y exemptas de tutores, y doctores: a hacer odioſos los Obiſpos,
,, los Sacerdotes, los Regulares, cet. que con ſu autoridad huvieran podido
,, mantener los pueblos en la debida obediencia: haſta llegar a eſcrivir,
,, que el mayor golpe de la politica ſeria deſtruir todas las Religiones, co-
,, mo dicen *Chambaudy*, y *Robinèt* en ſu *Diccionario Frances* e *Ingles* cet.
,, Que eſto ſeria una injuſticia momentanea; el provecho però duraria mu-
,, cho, como enſeñò el abominable *Voltaire*. Seria no acabar ſi quiſieſſè
,, indicar ſolamente todos los derrumbaderos; en que ſe han precipitado e-
,, ſtos Enemigos de la Igleſia, y de los Eſtados. Baſte decir en general, que

que inter omnes convenire debet (*Vid. Aristot. de Rep. lib. V. c. I.*), in omnibus regiminis formis instituendis, æqualitatem aliquam spectatam fuisse: neque enim aliter in cujusvis corporis, ac societatis speciem homines unquam convenissent. Sua ergo æqualitas in Regnis, sua in Aristocratiis, in Democratiis sua, sua denique in mixtis regiminis formis æqualitas sit, oportet: quæ abs dubio generis sui amicitiam illam pariet, quæ nervorum ac venarum loco sit corpori cuique morali: *ἰσότης* quippe, ut scripsit laudatus Philosophus, *ἡ φιλότης* (lib. VII. Eudemior. c. IX.). At at *Æquale aliud numero est; aliud proportione: sic & justi, & amicitiæ communicationis species sunt: secundum numerum: secundum proportionem* (Ibid.); & hoc quam maxime æquale, justum, & amicum Sapiens quisque novæ Administrationis Institutor sequutus est: quod subditos erga superiores spectat; eosque rursus, quos naturalis ordo amicitiæ aliis præfert, exempli gr. Parentes filiis: *Neque enim idem principi, subditoque justum est* (æquale, & amicum) *sed secundum proportionem* (Ibid.). Neque item civilis, aut democratica amicitia naturalem, quæ *multas species habet*, (si nempe nedum *secundum utilitatem*, sed *secundum virtutem*, ut oportet, illa sit) destruere amat. Haud equidem nescio, *Democratiam ortam ex eo esse, quod qui aliqua in re pares essent* ,, Se simpliciter ,, pares esse existimarent (*Aristotel. lib. V de Rep. c. I.*): Verum talis existimatio, & ab illa procedens primæ Democratiæ Constitutio perversa audit. *Nec* sane *potest intelligi multorum regimen, quin saltem ad tempus unus vel duo eligantur, qui præsint multitudini, alias resultaret magna confusio; nec possent, ut oportet convenire ad regen-*

 dam

,, las verdades de la Religion, las mas sagradas, las convierten en juego, ,, sirviendose de las mismas alguna vez para apoyo des sus malvadas intenciones. Vealo V. en el assunto presente: el hombre, dize este *Adan Weishaupt*, en el estado de naturaleza estaba en gracia, con tener su ,, libertad, y con no reconocer superior: perdiò esta gracia de la libertad ,, e igualdad, entrando en los Estados politicos, formadas ya las Naciones; ,, y este, dice, es el pecado original. Dexemos lo demas por reverencia ,, a la piedad Christiana. Ah! tiempo vendra, esperamos, y presto, que ,, conocidos de todos, por lo que son, no querrà en adelante servir mas el ,, pueblo Christianissimo de escudo a semejante canalla, que tiene a J. C. ,, por impostor (ibi). Entenderà finalmente el Pueblo, que su causa no es ,, la misma, que la de los autores de la rebellion: que sera compadecido, ,, si con tiempo, se reconoce: que finalmente el adagio: *Celui, qui tire l' epee contre son Prince, en doit jetter le fourreau*, no se entiende de castigo ,, del pueblo engañado. *Utinam saperent, & intelligerent, & novissima* ,, *providerent*. ,,

dam Rempublicam . . . . . . *Quis enim præcipiet singulis* . . . . . *ut tali tempore* , *& tali loco conveniant? Certe si expectandus esset mutuus omnium consensus* , *numquam convenirent: sed & post conventum quis posset servari ordo* ,, Si omnes essent æquales? Quis tumultus, & seditiones ,, compesceret, si nullum esset caput? *Contingere etiam facile posset*, *ut membra* . . . . . *in duas* ,, Æqualis numeri partes dividerentur, ac ,, sibi adversarentur: in qua ergo earum erit auctoritas & potestas? (*Ex. Doct. Suar. Disp. IX. de Eccles. Sec VI. n.* 10. *&* 12.) Mitto, *quod si plurium suffragiis* (quod æquales prorsus omnes regendæ, aut constituendæ Reipublicæ existimentur) res dumtaxat decernenda fuerit, *Si illa multitudo sit popularis, nullum possit esse majus malum: quia inter eos plures ignari, ac stulti etiam, quàm sapientes inveniuntur*. (Ibid. n. 10. tom. XI. ed. Venet. 1742.)

109. Ad hæc riderent plane Prytanes, Demagogi, Archontesque gallicani: Sed *curandum plane* etiam, *ne risus* eorum *rideatur: congruit* quippe *& veritati ridere*, *quia lætans; de æmulis suis ludere*, *quia secura est* (Tertull. lib adv. Valentinian. n. 6.). At enim non possumus simul non commiserescere Populi; cui de interminata parilitate istiusmodi iniquissimi æquatores gratulantur; fasces permultos demitti imperant; tragicam majestatem propinant; provocationem fieri ad eum instituunt, ut omnia ad ipsos, quorum perversæ, ac impiæ doctrinæ causa agitur, salusque in summo vertitur discrimine, deferantur: neutiquam jam æquatis juribus, sed pro domo sua tyrannice ab ipsis decernenda, aut castiganda. Omnino: prædicata ab ejusmodi seditiosis perturbatoribus, æqualitas, vox vox dumtaxat est; prætereaque nihil; quod nempe ad ipsos turbatum auctores non referatur; quippe qui eorumdem arbitratu geri omnia volunt: ut scilicet D. annis Gallia tandem debellanda (ut totidem olim per veteres Romanos Italia) CC. deinde consequutis annis, ut isti, Orbis, vario regimine, Imperium, quocumque voluerint nomine insigniri: Consulum, Dictatorum, Decem, Trium virorum, Tribunorum, Magorum, &c. nanciscantur. *Pro æqualitate* igitur, quod fieri per excitatam ab ipsis seditionem natum erat, *Exsuperantiam* induxerunt, qua per aliquod dumtaxat tempus impie triumphabunt: Cum enim *Seditiones & contentiones inter plebem & locupletes existunt*, *utriscumque acciderit*, *ut adversariis superiores evaderent* (quod ipsis *datum desuper*): ,, Ii ,, non Communem Reipublicæ administrandæ Formam. Constituunt, neque æqualem; sed Exsuperantiam Prioris rei publicæ Administra-

,, tio-

„ tionis, tamquam victoriæ præmium, accipiunt..... Non utilitatem „ civium spectantes, sed suam ipsorum. (*Aristoteles anti-constutionarius de Republ. lib. IV. c. XI.*)

110. Quæ quidem de utilitate in præsenti gallicana causa tenerent, vel si seditio præcessisset nulla: quis enim vel ab hodierna experientia non deprehendit, Statuum constituendorum formam, monarchicam, aristocraticam, democraticam, hominum Præhabitæ Conditioni aptandam; non contra homines, quocumque ingenio, indole, cultura ac dignitate, Cuivis Constitutioni, quam non omnibus ferre datum est, per vim ac exsuperantiam submittendos? *Est enim aliquod genus hominum ad imperium herile ferendum aptum natura, aliud ad regium, aliudque ad civilem societatem: & cuique horum aliud est jus, aliudque utile.* (Aristot lib. III. de Republ. c. XVII.): priusque tibi succedet (Eccur non incipis?) arborum ac plantarum diversa inter se genera securibus, ac forcipibus invicem æquare, ut ne una quidem toto vertice supra sit: quam ut te aliis omnibus, aut alios omnes tibi pares reddas; *humeroque uno* humanæ Constitutionis, vel optimæ, jugum ex æquo omnes ferant.

111. Demus vero ipsis liberaliter, ut suam democraticam æqualitatem, suamque inde profectam amicitiam, utilitate, non honestatis virtute constantem, ac innixam, obtineant: Erit enim verò felicior ex ea populus, ejus ubique salus publica firmior, quam ab antiqua cum Regibus, cum Ecclesiæ ac regnorum Principibus, cum Optimatibus, cum Proceribus, Nobilibusque præostensa æqualitate, ac amicitia? amicitia, inquam, philosophica? quam unam dumtaxat modo considero. Esto nobis judex Aristoteles, Philosophorum Princeps: *Aliæ*, inquit is, *amicitiæ juxta æqualitatem sunt; aliæ juxta excessum* (*καθ' ὑπεροχήν*) „ Amicitiæ quidem utræque; Amici vero ii dumtaxat appellandi, quos ea conjungit amicitia, quæ juxta æqualitatem est „ *Absurdum enim sit amicum vocare virum puero, eo quod amet, & ametur..... Quædam igitur ex ætatis defectu, quædam vero ex virtutis, generis, aut alio quopiam* (utilitatis puta, aut voluptatis, si has in amicitiis sequeris) *indigna æquali amore sunt. Semper autem ab excellente sive utilitatem, sive jucunditatem, sive virtutem spectes, aut nullus, aut minor amor requiri debet.* „ Neque „ vero obscurum est „ (quod vellent isti demagogismi usurpatores obscurare) „ Quia Homines amicitiam juxta excessum „ (Regum, Principum, Optimatum) Ei (amicitiæ) „ Quæ ad æqualitatem com-

„ para-

„ parata est, anteponant: eo scilicet quia Excellentia (qua illustrantur simul, & proteguntur), Et Amore (quo apud alios commendantur) Potiuntur. (*Lib. VII. Eudemior. c. IV.*) Cujus veritatis vim intimam sentit hactenus inclyta gallicana natio; quæ tamen excellentiori, potentiorique amicitiæ tantum detraxit; quantum potestatis, honoris, opum, ac excellentiæ Regi suo &c. detrahi passa est.

112. Nec porro sollicitata ab impiis popularis, abjecta regali, amicitia præstantissimæ aliàs nationis firmitatem ac robur; indeque tranquillitatem ac pacem, umquam compensabit. Nempe de vera ac firma amicitia, quæ *non sit verbis*, nec inter improbos, desperantes: pacta verbis solemnibus amicitia, utilitatis, voluptatis, æqualitatis, libertatis illicio delinitum ad partes suas populum traxerunt: amicitia ista populari tamdiu duratura, quamdiu improbi illius artifices secum ipsis, ac cum suis gregalibus deinceps convenient. Quam vero ætatem ferre nata sit istiusmodi conventio, seu potius circumventio, diu est quod tradidit Philosophia: *Pravus*, ait Aristoteles, *& stultus sibi dispar est mane & vesperi: quocirca nisi inter se pacificantur mali, amici sibi invicem non erunt;* nec stabit inter eos vel sic compacta amicitia; *dissiliunt enim*, subdit, quippe *quæ amicitia minime firma* (*βεβαία*) *est* (loc. cit. c. V.). Hoc quidem ipsi non ignorasse videntur, dum a praviori morum licentia, quas a vera Religione suppetias non habebant, novæ colligationi firmandæ: hoc est, infirmandæ petiverunt: nempe *malus malo*, *κακὸς κακῷ*, ut fert græcum proverbium, *jucunde convivit*. Timeo enim vero, nec quidem temere, ut, & ne hæc effrena vitæ consuetudo, adeo ipsis jucunda, summo eorumdem damno, ut fieri assolet, interturbetur: *Simpliciter enim & omni ex parte ex alterutra æqualitate ordinatam & constitutam esse rei publicæ administrationem*, „ Vitiosum est: Quod ex eventu „ intelligere licet. Nulla enim ex talibus rei publicæ administrandæ formis ad diuturnitatem stabilis est. Hujus rei hæc causa est, „ quod fieri non potest, ut non ex eo, quod primum, & ab initio „ peccatum, aut minus recte factum est, non erumpat ad extremum insigne aliquod malum. (*Arist. de Rep. lib. V. c. I.*). (*)

113. Irri-

(*) A tribus olim bellis servilibus, quibus referendum præsens pro libertate certamen; quippe hominum, quibus omnis servitus captivitas est: recentioribus rememoratis ex numeris supra 54. 90. & seqq. ad 98., funestissimum auctoribus etiam exitum magis ac magis conjice. Primum ita refertur a Cl. *Horatio Turselino* (Epit. histor. pag. 59. edit col. 1725.) „ *Eunus* qui-

113. Irritatæ olim a non absimili æqualitatis spiritu romanæ plebi in patres, pacis consiliis acquievisse, profuit; cum enim ut refert *Titus Livius* (lib. II. c. XVII.) *Sicinio* quodam auctore, in Sacrum montem tria ab Urbe millia passuum secessisset ,, ibi ,, sine ullo duce, vallo fossaque communitis castris, quieti, rem ,, nullam, nisi necessariam ad victum, sumendo, per aliquot dies, ,, neque lacessiti, neque lacessentes, se se tenuere. Pavor ingens ,, in urbe, metuque mutuo suspensa erant omnia: timere reli- ,, cta

,, dam Syrus, effractis in Sicilia Ergastulis, contractaque agrestium servitio- ,, rum manu, justum exercitum effecit. Clades Imperatoribus populi Ro- ,, mani multas & magnas intulit. Ad ultimum a *P. Rupilio* Cons. obsessus, ,, *latronum supplicio, fame & cruce mulctatur*. ,, II. vero pag. 60. totidem hisce verbis ab eodem: ,, Paucis interjectis annis ab *Athenione* pastore ma- ,, joribus opibus, atque animis (servile bellum) instauratum. Is interfecto ,, domino, familiaque ergastulo liberata, purpuram, argenteumque bacu- ,, lum Rex voluntarius assumit. Conflato exercitu, Vicos, Castella, & Op- ,, pida diripit. Ab eo prætorii exercitus duo cæsi, totidem castra capta. ,, Sed eum *Aquilius Imperator ita commeatibus interclusit, ut suppliciorum* ,, *metu, ipsi de se supplicium sumerent: Dux ipse comprehendentium mani-* ,, *bus discerperetur, dum rapitur ad supplicium*. ,,

,, III. Juvat repetere ex Ms. Epitome monumentor. bavaricor. hæc ,, non inopportuna: ,, los nombres mismos, que toman los Pseudo-Illuminados de *Espartaco*, *Pilatos*, *Mahoma* cet. nos indican lo que son, y lo que hay que temer de ellos. Considere V. que no hara *Espartaco* superior de *Pilatos*, y de *Mahoma*, si se le dexa? Sin duda, que emperrado por la idea de su libertad, de hacer *quicquid libet*, pretendera renovar la guerra de los Gladiadores, que baxo los ordenes del antiguo *Espartaco* tanto que hacer diò a los Romanos por los años 680. de la fundacion de Roma: ,, Ce gladiateur, dice el Espadachin Cavallero *du Jaucourt* (artic. Gladia- ,, teurs, guerre des, in Encyclop.) homme de Courage, & d' une bravou- ,, re a toute épreuve, s' échappa de Capoue, où il étoit gardé avec soi- ,, xante & dix de ses camarades: il les exhorta de sacrifier leur vie plutôt ,, pour la défense de la liberté, que pour servir de spectacle à l' inhuma- ,, nité de leurs patrons, il les persuada; rassembla, sous ses drapeaux un ,, grand nombre d' autres esclaves fugitifs, animés du même esprit, il se ,, mit a leur tête, s' empara de la Campanie, & remporta de grands avan- ,, tages sur les preteurs romains, que le senat se contenta d' abord de lui ,, opposer avec peu de troupes.

,, L' affaire ayant paru plus sérieuse, les Consuls eurent ordre de mar- ,, cher avec les legions: Spartacus les défit entiérement; ayant choisi son ,, camp & le champ de bataille, comme auroit pu faire un général con- ,, sommé. De si grands succés attirerent une foule innombrable de peuples ,, sous les enseignes de *Spartacus*, & ce gladiateur redoutable se vit jusqu' ,, à six vingt mille hommes à ses ordres, bandits, esclaves, transfuges, ,, gens feroces, & cruels, qui portoient le fer, & le feu de tous côtes, & ,, qui n' envisageoient dans leur revolte qu' une licence effrénée, & l' im- ,, punité de leurs crimes.

„ cta ab suis plebes violentiam patrum: timere patres residem in „ urbe plebem, incerti, manere eam, an abire mallent: quamdiu „ autem tranquillam, quæ secesserit multitudinem fore? Quid futurum deinde, siquod externum interim bellum existat? Nullam profecto, nisi in concordia civium, spem reliquam ducere: „ eam per æqua, per iniqua reconciliandam civitati esse. Sic placuit igitur, oratorem ad plebem mitti *Menennium Agrippam*, facundum virum, & quod inde (ex plebe) oriundus erat, plebi „ carum: is intromissus in castra, prisco illo dicendi, & horrido „ modo nihil aliud, quàm hoc narrasse fertur: „ *Tempore, quo in homine, non ut nunc, omnia in unum consentirent, sed singulis membris suum cuique consilium, suus sermo fuerit, indignatas reliquas partes, sua cura, suo labore ac ministerio, ventri omnia quæri; ventrem in medium quietum, nihil aliud, quam datis voluptatibus frui: conspirasse, ne manus ad os cibum ferrent; nec os acciperet datum; nec dentes conficerent: hac ira, dum ventrem fame domare vellent, ipsa unà membra, totumque corpus ad extremam tabem venisse: inde apparuisse, ventris quoque haud segne ministerium esse; nec magis ali, quam alere eum, reddentem in omnes Corporis partes hunc, quo vivimus, vigemusque, divisum pariter in venas, maturum, confecto cibo, sanguinem.*

Hac

„ Il y avoit prés de trois ans que cette guerre domestique duroit en „ Italie, avec autant de honte, que de desavantage pour la Republique, „ lorsque le Sénat en donna la conduite en 682. a Licinius Crassus un des „ premiers Capitaines du parti de Sylla, & qui avoit eu beaucoup de part „ a ses Victoires.

„ Crassus savoit faire la guerre, & la fit heureusement: il tailla en „ pieces en deux batailles rangées les troupes de *Spartacus*; qui cependant prouva toûjours, qu' il ne lui manquoit, qu' une meilleure cause a „ defendre: on le vit blessé a la cuisse d' un coup de javeline combattre „ long-tems a genou, tenant son bouclier d' une main, & son épée de l' „ autre. En fin percé de coups, il tomba sur un monceau ou de Romains, „ qu' il avoit immolés a sa prope fureur, ou de ses propres Soldats, qui „ s' étoient faire tuer aux piés de leur general en le defendant. „

Este es el modello, que, tomando su nombre, se ha propuesto sin duda para la imitacion, a excepcion de la muerte, el *Espartaco* de nuestros dias: solo que sus ideas son todavia mas vastas, con otras ventajas faciles de reconocer, sino se le contiene. Me ha parecido del caso mostrar la fuente donde va a bever el monstruo, paraque se haga mas facil cogerlo, opponiendole ya desde los principios, como esperamos se hara sin nuestros avisos, algun Licinio Crasso, que no lo hemos ya de desear, como el otro, que venga de los Parthos o de los Scytas....... *Parthorum utinam post prælia sospes „ Et Scythicis Crassus victor remeasset ab oris „ Ut simili Causa caderes, qua Spartacus hostis.* Ap. Lucanum.

Hic porro fabula, quæ, haud operæ quidem est, dicere, de quibus narretur, mentes eorum hominum sapiens Philosophus *Agrippa* flexit.

114. Sed enim vero flectet modo Populum, domi quidem immorantem; at ab, ætate & moribus confirmatissimo, Monarchico, aristocratia temperato, regimine ac auctoritate malis avibus secedentem? Secedentemque una ab Ecclesiæ corpore: ac in montem Sacrum, hoc est exsecrandum, deturbata, e sedibus suis Ecclesia, impietate duce, emigrantem? Flectet? Faxit, ut Bonorum omnium sunt vota, Deus propitius, placatusque. Interim vero liceat mihi charitatis convicium, quo Apostolus *Galatas* ad salutem perstrinxit, in hujus ævi, quod olim in suæ ætatis nationales *Hilarius* (In hymnorum carmine), Gallus ipse, fecit, intorquere: *ὦ ἀνόητοι* Galli, *quis vos fascinavit non obedire veritati: ante quorum oculos Jesus Christus præscriptus est.....?* hoc est *proscriptus*, ut legit olim *Augustinus*; quippe *quibus videntibus Christus Jesus hæreditatem suam, possessionemque suam (*apud vos*) amisit; his utique* (qui vos fascinaverunt) *auferentibus eam, Dominumque inde expellentibus*! (Aug. Tom. III. par. II. in Epist. ad Galat. c. III. n. 18.). Denuo *præscriptus*, hoc est, ut ex vero de vobis Codice legit Ambrosius, *Spoliatus; vos enim Christum Ecclesia vestra, quasi sua hæreditate privastis & expulistis*. (Corn. a Lap. Ambros. explicans hic). Quo plane factum est, ut in prædam dati sitis hæresis ac impietatis fraudibus: *ordinem* probatissimum *vestrum..... per Philosophiam & inanem fallaciam* (Coloss. II. 5. 8.) novis molitionibus, decepti, post habentes. *Ordinem*, inquam, *vestrum* ea, qua cœpit, ac floruit, Charitate unice revocandum.

§. XII.

115. „Quæ enim disputationes, quæ litteræ quorumlibet Philosophorum, quæ leges quarumlibet Civitatum, duobus Præceptis, „ex quibus Christus dicit, totam legem, Prophetasque pendere, „ullo modo sint comparandæ.......? *Hic* Ethica, quoniam non „aliunde formatur, quam cum ea, quæ diligenda sunt, quemadmodum diligenda sunt, diliguntur, hoc est Deus & proximus... „...Hic etiam laudabilis rei publicæ salus: neque enim conditur, „& custoditur optime civitas nisi fundamento, & vinculo Fidei, *firmaque* concordiæ, cum bonum commune diligitur, quod summum

,, ac verissimum Deus est; atque in illo invicem sincerissime se di-
,, ligunt homines, cui, quo animo diligant, occultare non possunt. (*Aug. Epist. CXXXVII. al. III. ad Volusian. n.* 17.)

116. Si quando igitur, pro humana conditione, detrimenti aliquid Corpus Politicum passum fuerit; minime gentium Philosophia; *Resina* quippe est *in Galaad: Medicus* denuo advocandus, præsto aderit religiosa Charitas. *Audite* ergo, qui de iniquo regimine, libertatisve damnis querimini, per quos Charitas medetur, *Doctos Ecclesiæ Catholicæ viros* (Aug. To. I. de morib. Ecclesiæ p. 700. n. 34.): Hi ex scripturis *excellentiorem viam* ad æqualitatem, ad amicitiam, ad opes, ad libertatem nobis demonstrant: & quidem in uno Charitatis vinculo *ex fide non ficta*. Quos plane ii audire dumtaxat renuent, qui *nolunt stare rem publicam firmitate virtutum, sed impunitate vitiorum*. (Aug. Ep. CXXXVII. al. III. ad Volusian. n. ult.): quibus videlicet *furor secundum similitudinem serpentis, & aspidis surdæ obturantis aures suas* (Psalm. LVII. 5.). Nec porro tantum, quod maxime dolendum, ipsi auditum avertunt; sed ne alii audiant, obstrepunt; aliò eos avocant; *Doctos Ecclesiæ Catholicæ viros* exsibilant; verbo, Christi Doctrinam, Charitate suaviter, ac fortiter omnia superantem, inducto, quæ vicem suppleat, fraudulento amicitiæ nomine, procul ablegant: fraudulento, inquam, nomine: *siquidem*, auctore, Ecclesiæ sanctæ lumine, *Augustino* ,, Amicitia rectissime, atque
,, sanctissime definita, est: rerum humanarum, & divinarum cum be-
,, nevolentia, & charitate consensio. (*Lib. III. contr. Academic. n.*
,, 13. *Tom. I.*) Cum enim *amicitia* ex Hieronymo (*In C. VII. Michea*) *pares accipiat, aut faciat*, ubivis denuo hostilis dissensio, dissidium ac schisma in Ecclesia, ac politico regimine inducatur: ab inducta consequenti inæqualitate pristina amicitia, una illa consensione, æqualitate restituta, postliminio revocanda, corrumpitur. Et cum illa, ea, a Charitate profecta, *major* ex Ambrosio (*Serm. IX. de unit. Charit.*) *Fraternitas Christi, quam Sanguinis*, dilaceratur: nec amplius ejusdem obedientiæ filii, eorumdem Sacramentorum, ejusdem mensæ participes, ejusdemque Corporis ex æquo partes.

117. At quænam, inquis, *ex æquo* partes in regia administratione? En illas, divino Apostoli interprete *Chrysostomo*. ,, Omnia
,, corporis unius membra multa cum sint, unum sunt corpus: non
,, inquit (Apostolus), multa cum sint, unius sunt corporis; sed illud
,, ipsum corpus est multa; & illa ipsa multa membra, hoc unum sunt

,, cor-

,, corpus. Si igitur & multa unum sunt, & unum est multa: quæ ,, deinceps differentia? Quod majus, quod minus esse potest? Omnia unum sunt; & illud proprie quidem pensiculatum: nempe qua ,, sunt corpus, unum omnia sunt; nam qua pars, jam differentia ,, est, & omnium quidem ex æquo: pars enim se ipsa, solaque ,, constituere corpus nulla potest, sed æque quælibet ad efficiendum..... corpus..... eget.... congressu conventuque cæterarum ,, ... sed qui tandem, multa ut unum sint, fieri potest? Si ,, partium singularum discrimine misso, corpus intueare. Nam quod ,, oculus est, id ipsum & pes: in eo nempe quod pars, quod cum ,, alio constituit corpus; hic enim discrimen reperire nullum licet. ,, ... Atque his.... omnium suffragio comprobatis, subjecit: *Sic* ,, *& Christus* ..... pro Ecclesia posuit Christum, hoc nomine hujus ,, corpus appellando. Quemadmodum igitur nostrum corpus, inquit, ,, quamquam ex multis conflatum, unum quiddam est: sic in Ecclesia, unum quiddam sumus omnes. Nam & ipsa multis e membris ,, constans, in unum corpus evadit. ,, Il Sacerdozio, e l' Impero ,, non costituiscono due Repubbliche diverse nella medesima Chiesa; ma sono parti d' una stessa Christiana Repubblica, ut sapienter animadvertit egregius P. J. A. Bianchi O. M. Obs. ,, (*Ni fallor Tom. III. dell' ester. pol. della Chies. lib. I. c. I.* §. 1.): Ejusmodi unitatem conciliante inferioris, a temporali fine, Potestatis subordinatione erga Superiorem Ecclesiasticam, fine sublimiori supernæ æternæque pacis præfulgentem. His obiter animadversis, ad Chrysostomum redeamus: ,, Hunc igitur in modum, *pergit*, illo, qui ,, se dejectum esse, contemptumque, putabat, plausibili similitudine ,, reconciliato, revocatoque; populare illud jam rursus mittens: rationem suadendi magis jam sanctam, & consolationis veræ pleniorem ingressus, summam omnium æqualitatem ostendit ,,: *In uno siquidem spiritu, unum in Corpus*, inquit, *Judæi, Græci, liberi, servi, pariterque omnes sumus Combaptizati* ......,, Neque ego tuus ,, Apostolus plus cæteris in hoc habeo quicquam, inquit: Nam & ,, tu corpus perinde es, ut ego, & ego perinde ut tu; & caput ,, idem habemus omnes, & partu prognati sumus eodem omnes.... ,, Quod si qui tantum distabamus (N. B. utilitatem ex ejusmodi doctrina), uniti jam, unumque facti sumus: Quanto magis unum ,, factos conturbari, spargique non licet?...... Si igitur unus nos ,, Spiritus formavit, unum in Corpus redegit..... & mensam eam-

 ,, dem

„ dem largitus eſt: & rigatione eadem omnes perfudit.....; tanto „ intervallo diſſidentes counivit: denique ſi multa, quæ ſunt, tum „ corpus unum evadunt, cum in unum omnia coaluerunt: Quid tu „ differentiam ſurſum, deorſumque verſas? Nam quod tu quidem „ putas, multa corporis unius eſſe membra, diverſaque; illam ipſam „ corporis notam, hanc prærogativam eſſe, ſcias, unum ut ſint, effi- „ cere poſſe, quæ diverſa ſunt, & multa....... Ut enim naturæ „ lex, ita Charitatis vis vel maxime inconcuſſa, ac immota omnia „ ſervat...... „ *Si totum corpus oculus ſit*, inquit, *ubi auditus?* „ *Si totum ſit auditus, ubi olfactus?* Nam quia membrorum diver- „ ſitatem, manus, pedes, aures, oculos, commemorando; Nobilita- „ tis, Obſcuritatiſque diſcrimen quoddam cogitandum relinquere po- „ tuiſſet: eum ſcrupulum pulchre diſcuſſit, ſic utile, neceſſarium- „ que fuiſſe, oſtendens: Multi enim quod ſint, diverſique, id eſſe „ quod vel maxime corpus eos unum reddat. Si enim univerſi ſin- „ gulum quiddam fuiſſent, inquit, corpus non erant....... Utile „ igitur membris omnibus locum, quem ſortita ſunt, tueri; adeo ſane, „ ut ſi quicquam horum, ordine, locove proprio mutato, alium „ quemdam occuparit, omnium etiam judicio digniorem; totum inte- „ rire perdique videamus: dignitate propria cadere, nec tamen con- „ ſequi alienam...... Itaque differentia vel maxime eſt, quæ ho- „ noratos omnes reddit ex æquo, atque hoc eſt quod ſubjunxit:„ *Nunc vero multa quidem membra, unum vero corpus*. (Chryſoſt. hom. XXX. in I. Cor. XII. Tom. IV. a p. 126. fol. verſ. edit. Venet. 1549.)

118. Jam his attente perlectis, utinam! fortaſſe exclamabit aliquis, illam, quam natura corpori præſcripſit, legem, in ſocietatem Chriſtianam, numquam non translatam, videremus; nec hujus defectu modo per Gallias contigiſſet, ut pedes, & brachia in oculorum, & capitis naturam, & locum per ſummam..... evehi conarentur. Omnino ſcilicet quærentibus per ſeditionem manibus, pedibus, brachiſque, contra Charitatis leges, *quæ ſua ſunt* (I. Cor. XIII. 5.); ſi alicujus eſt, facere quicquid libet: a nobilioribus aliis membris, proprio ipſorum, ex naturæ dictatis, damno, ſejunxerunt ſe: cum iis (proh! dolor) conjungendi, a quibus, ob hoſtilem calamum, linguam ac vim in Charitatem, ac Religionem Chriſtianam univerſam: fruſtra ſperaveris, eam, quam natura corpori præſcripſit, legem in tui ſalutem ac veram felicitatem, vel ſemel aliquando transferendam, quan-

quandoquidem id unum perficere natum est *Mandatum* Christi *novum* (Jo. III. 34.) per ejus legitimos Ministros crebro repetitum: una id efficere potest ejus Charitas; quæ si in hominum animis cum suo virtutum comitatu (1) regnet, *non legibus*, *non forensi* ,, stre-,, pitu, non pœnis, non suppliciis; non re ulla hujusmodi fuerit o-,, pus. Nam si mutua se charitate omnes complecterentur, quis sit ,, injuriæ locus? Pugnæ, bella, cædes, seditiones, rapinæ, fraudes, & ,, mala protinus omnia; nomen etiam ipsum malorum eliminaretur... ,, Equidem si sincere charitas observaretur, non servus, non liber, non ,, Magistratus, non subditus, non dives, non pauper, non magnus, non ,, parvus, sed ne diabolus quidem ipse cognitus umquam fuisset. Nec ,, ille solum; sed si quis alius, aliive sexcenti tales sint, nil chari-,, tate vigente potuissent. (*Chrysost. Hom. XXXIII. in I. Cor. c.* ,, *XIII. a p.* 131.)

119. Jam tenuioribus Christiani corporis membris ab æqualitate cum illustrioribus recreatis, sedatisque; horum vicissim in illa curam, sollicitudinem, charitatem, ab ipsa cum iisdem æqualitate, Apostolus excitavit: qua vero efficacitate, tute vide: ,, Non potest ,, autem inquit, oculus dicere manui: opera tua non indigeo; aut ,, iterum caput pedibus: non estis mihi necessarii. Sed multo ma-,, gis, quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessariora ,, sunt. Et quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his ho-,, norem abundantiorem circumdamus; & quæ inhonesta sunt nostra, ,, abundantiorem honestatem habent. Honesta autem nostra nullius ,, egent; sed Deus temperavit corpus, ei, cui deerat, abundantio-,, rem tribuendo honorem; ut non sit schisma in corpore, sed idip-,, sum pro invicem solicita sint membra. Et si quid patitur unum ,, membrum, compatiuntur omnia membra: sive gloriatur unum mem-,, brum, congaudent omnia membra. Vos autem estis corpus Chri-,, sti, & membra de membro. Et quosdam quidem posuit Deus in ,, Ecclesia primùm...... secundò...... tertiò...... deinde......

,, exin-

(1) ,, Charitas patiens est, benigna est: Charitas non æmulatur, non agit ,, perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non ,, irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet au-,, tem veritati: omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. ,, (*I. Cor. XIII. a v.* 4.) ,, Paucis: *Charitatem habete, quod est vinculum perfectionis* (Coloss. III. 14.) atque adeo, uti divinæ sapientiæ pars princeps, *pudica est..... pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus bonis* (Jacob. III. 17.).

,, exinde....... (1. *Cor. XII. a v.* 21.) ,, Ne tu igitur, ſubdit
,, *Chryſoſtomus* (hom. XXXI. hic), hunc eſſe neſcio quem de medio
,, dicas; ſed eſſe membrum ejus corporis, cogita, quo tota Eccleſia
,, continetur. Nec minus ille, quam oculus, corpus facit eſſe cor-
,, pus: unde enim corpus exædificatur, in eo nemo quiſquam quo-
,, quam plus habet. Neque enim ex eo corpus fit, quod mem-
,, brorum hoc quidem ſit minus, illud majus, ſed quod ſint ea mul-
,, ta, & diverſa. Ut enim tu, qui major es, conſtituis corpus, ſic
,, ille, cum ſit minor: ut hujus húmilitas, quoties ſtruere corpus,
,, ſit neceſſe; æque ut tu veniat; æque ad hoc ſymbolum ſit pre-
,, tioſa.....Ergo etiam hoc pacto æqua magnis minora ſunt. Imo
,, quod plus eſt, ut maneat corpus, idcirco minor minor eſt; adeo-
,, que propter te minor, quo tu major eſſe poſſis, Ut dignus ſit,
,, qui pari ab omnibus cura, maxima a maximis, foveatur......
,, In tanta membrorum diverſitate ſummam conjunctionem adornavit,
,, ut quicquid incidiſſet, magna eſſet omnium conſpiratio, magnus
,, conſenſus......Tria igitur hic flagitavit *Paulus*, Ne ſcindantur,
,, ſed penitiſſime copulentur; Ex æquo ſibi proſpiciant; Quicquid in-
,, cidat, commune putent..... Calcaneo ſpina infixa eſt, ſentit to-
,, tum corpus, cruciaturque: incurvatur dorſum, & venter; femo-
,, ra corripiuntur: manus ceu ſatellites, miniſtrique properantes,
,, retrahunt infixam: inflectitur caput; ſolliciti oculi tuentur. Ita
,, fit, ut pes, quantum relinquitur, aſcendere non valens, tanto ſu-
,, peret; ad ſe caput, quod ſummum eſt, deducens: idque non ami-
,, citia, ſed debiti, & officii jure. Ergo ſi quæ majora ſunt, nihil
,, amplius cæteris habent, quam quod minoribus magis ſunt obſtri-
,, cta, & ſollicitudinem debent, & caſus æqualiter omnes perfer-
,, re: magna profecto ſocietas eſt. Quid enim calcaneo vilius?
,, Capite quid honoratum magis? Sed hoc ad illud ex officio de-
,, ſcendit tamen, cæterorum omnium turba ſtipatum. Rurſum ſi pa-
,, tiatur oculus, omnia dolebunt, omnia ceſſabunt, non pedes ibunt,
,, non manus operabuntur, non frui jam conſuetis cibis ventri lu-
,, bebit; oculorum licet ſit dolor....... Quapropter ut æque igi-
,, tur pro ſe ſolliciti ſint, monet; additque ut ſi membrum patia-
,, tur unum, compatiantur omnia: Si unum in pretio ſit, omnia con-
,, gratulentur. Sed qui congratulantur, inquis? Coronatur caput?
,, ſplendeſcit homo jam univerſus: Differit os? ſtatim oculi arri-
,, dent, ſerenanturque; linguæ licet, non oculorum ea laus ſit &

,, de-

,, decus. Rursus cum pulchre nitent oculi, Matrona jam universa
,, nitet........Ista fratres reputemus, membrorum conjunctionem
,, imitemur: Proximi malis ne insultemus; bonis ne invideamus: fu-
,, riosorum hoc est, & mente carentium. Qui oculum sponte effo-
,, dit, an non ingens amentiæ documentum præbet? Qui manum vo-
,, rat, non conspicuum furoris exhibet argumentum?.....Si tu il-
,, lum extinguas, tenebras universo corpori induxisti......Si lu-
,, centem illum oculum servas, gratiam toti corpori servas.... Sic
,, in Ecclesia contingit.....

§. XIII.

120. SED nos, inquiunt, novum corpus fabricavimus. Utique in id pro cupidine vestra quique incumbitis, ut nedum novum, quod nemo umquam, aut usquam viderit, corpus unum compingatis; sed plura: quot nempe in vobis sunt capita, variaque errorum systemata. Immo tandem tot corpora, dissolutis, planeque dilaceratis, Nationibus vultis; quot homines: omnes liberi, omnes æquales, nullaque invicem conjunctione, quæ unum quandoque aliorum bonum ex vera amicitia respiciat, adstricti: nempe pro divino Charitatis vinculo, utilitatis ac voluptatis glutine, lege famosa ac moribus impiis, proposito. Quæ sane cum ita sint in deplorandæ ætatis particulam incidimus, de qua Apostolus *Timotheum* suum, & in eodem nos his verbis præmonuit. ,, Erit......tempus, cum sanam doctrinam non ,, sustinebunt, sed ad sua desideria (libertatis, æqualitatis, volu- ,, ptatis). ,, Coacervabunt (confusæ turbæ Doctorum significandæ aptum verbum ex *Chrysostomo*) ,, sibi magistros, prurientes auribus (quòd ipsi pruriant auribus, quòd ipsi ament audire nova, curiosa, mollia, voluptuaria) ,, & a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur. (*II. ad Tim. III.* 3. 4.) *Fabulas* hìc intelligo I. quarum *Theodoretus* Catalogum olim texens, *Compendium hæreticarum fabularum* inscripsit. II. Ethicam naturalem, erroribus hac illac corruptam; quòd scilicet a Paganis Philosophis, horumque Academiis per Fabulas tradi consueverit: quæ ut doctæ ex parte sint, eatenus tamen Christianis sectandæ, quatenus traditæ divinitus sacræ Ethicæ, cujus apex Charitas superna est, se probent; utpote omni humana scientia, ac demonstratione *firmiori*, quippe divino, *sermoni*. Neque enim *doctàs fabulas sequuti*, ajebat Petrus (Ep. II.

c. I.

c. I. 16:) *notam fecimus vobis D. N. J. C. virtutem ac præsentiam:* Fontem ſapientiæ, unde ſecurus bibas, indicans; non fabulas philoſophicas, ſed Eccleſiæ doctrinam ſub *Petro*.

121. Porro diu ante Petrum, de ejuſmodi ſapientiæ fonte loquutus *Baruch* (*c. III. 9*. & ſequentibus), Fabulatorum noſtrorum Ethica, quam ipſi, quaſi novum vidiſſent *lumen*, jactitant: quo loco habenda ſit, prædocuit. „Audi inquit, Iſrael mandata vitæ: „ auribus percipe, ut ſcias prudentiam. Quid eſt, Iſrael, quod in „ terra inimicorum es?..... Dereliquiſti fontem ſapientiæ: nam ſi „ in via Dei ambulaſſes, habitaſſes utique in pace ſempiterna. Diſce „ ubi ſit Prudentia, ubi ſit virtus, ubi ſit intellectus: ut ſcias ſi„ mul, ubi ſit longiturnitas vitæ, & victus, ubi ſit lumen oculorum „ tuorum & Pax........Juvenes viderunt lumen; viam autem di„ ſciplinæ ignoraverunt; neque intellexerunt ſemitas ejus.....non „ eſt audita in terra Chanaan, neque viſa eſt in Theman.„ Eſto enim Chananæi, hoc eſt Phœnices & Tyrii, Idumæique, apud quos florebat Academia in *Theman*, viſi ſint ſapientiſſimi in re nautica, in mercimoniis, in parabolis, & fabulis; veram tamen ſapientiam ignorarunt (videſis Alap. hic) „ Filii quoque Agar (Iſmaelitæ, qui quaſi filii Abrahæ ſapientiam venditabant, ſed mundanam: erant enim negotiatores mercium, & mercandi ac fallendi ſubinde peritiſſimi) „ qui exquirunt Prudentiam, quæ de terra eſt, negotiatores Mer„ rhæ, & Theman, & Fabulatores, & exquiſitores *prudentiæ &* „ *intelligentiæ* (ad unius naturalis luminis ductum) „ viam autem „ ſapientiæ neſcierunt, neque commemorati ſunt ſemitas ejus ..... „ Sed qui ſcit univerſa novit eam .... Hic eſt Deus noſter .... „ Hic adinvenit omnem viam diſciplinæ, tradidit illam Jacob puero „ ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum „ hominibus converſatus eſt.

122. Enim vero cum hic a *Baruch* accipis, Jacob, & *Iſrael* ſacram Ethicam traditam, cave ne exiſtimes, tunc primum homines eam divinitus accepiſſe: „ Hæc enim illum, qui primus formatus eſt „ a Deo pater orbis terrarum, cum ſolus eſſet creatus, cuſtodivit, „ & eduxit illum a delicto ſuo, & dedit illi virtutem continendi „ omnia. Ab hac ut receſſit injuſtus in ira ſua (Cain), per iram „ homicidii fraterni deperiit, Propter quem, cum aqua deleret „ terram, ſanavit iterum ſapientia, per contemptibile lignum ju„ ſtum (Noe) gubernans. Hæc & in conſenſu nequitiæ cum ſe

„ na-

,, Nationes contulissent, scivit justum (Abraham) & conservavit ,, sine querela Deo, & in filii misericordia fortem custodivit, Hæc ,, justum (Loth) a pereuntibus impiis liberavit fugientem, descen- ,, dente igne in Pentapolim ..... Hæc profugum iræ fratris (Esau) ,, justum (Jacob) deduxit per vias rectas ..... (*Sap. X. a v. 1.*).

123. Sane incorruptæ Ethices doctor, qui eam primus scripto ad posteros transmiserit, utique a Deo superno lumine illustratus, Sanctus *Job* fuit, sub ultima Jacobi Patriarchæ tempora. Deinde Moses digito Dei scriptum Decalogum cum ceteris recte vivendi præscriptis, Dei ore acceptis, Israeli tradidit: cui identidem alii morum magistri, ac reformatores divino afflati spiritu successere: *David*, *Salomon*, *Siracides*, *Propheta*: e quorum numero postremis, puta *Ezechieli*, ac *Danieli*, synchroni recensentur antiquissimi, primique Græcorum sapientes, *Thales*, *Solon*, *Pherecydes*. Unde haud quidem temere, veterum Philosophorum Ethicem ab Hebræis originem traxisse, *Josephus*, *Justinus Martyr*, *Clemens*, *Eusebius*, *Cyrillus*, ac *Theodoretus* posuere. Ac profecto de *Aristotele*, multa a quodam Hebræo morum præcepta didicisse, *Clearchus* peripateticus tradit, & ex eo post *Josephum Eusebius* (lib IX. de Prep. Ev. c. III.); uti de *Platone* similia, ni fallor, tradit *Ambrosius*. ,, *Nec ipsi Theologi Poeta*, ait *Augustinus* (Lib. XVIII. de Civ. Dei c. XXXVII.), *Orpheus*, *Linus*, *Musæus*, *cet. verum Theologum nostrum Moysen .... tempore prævenerunt .... nec sapientia Ægyptiorum* (qua *Moysem* eruditum fuisse, tradit *Lucas*, Act. VII. 22.) *sapientiam Prophetarum nostrorum tempore antecedere potuit*, *quandoquidem & Abraham Propheta fuit* .... Omnino nedum quicquam superius; sed ne quidem antiquius nostrà, veterum Ethnicorum habet naturalis Ethica.

124. Equidem cum hæc enuntiat vera, ejus origo Deus est; at qua dumtaxat Auctor naturæ lumine naturali se homini communicat. ,, *Ethica* vero *supernaturalis*, ut verbis utar laudati P. *Alapide*, ,, (In Encom. sapientiæ ex parallel. Eth. nat. & div.) *origo est Deus*, ,, *quatenus ipse* est auctor gratiæ, virtutis, gloriæ, ceterorumque ,, bonorum spiritualium, & *divinorum*, eorumque denique reparator. Hinc nullo negotio in utriusque Parallelismo nemò non videt: utra a commodis, fructu, auctoritate, materia, argumento, officiis, regiminis ductu ac certitudine; fine ac scopo primas tenere dicenda sit: utra utri regula: utra Domina: utra serva & ancilla. Nemo, inquam, non excæcatus id non facile discernit: qua sane appellatione, nulla quidem injuria, *Jebusæos* & *Amorræos* hodiernos, hoc est Impios, hic

a me indicatos, intellige: quorum quisque ,, *Dum paratus est de* ,, *omnibus reddere rationem*, quod de Petro Abailardo scribebat o- ,, lim ad *Innocentium Bernardus, etiam quæ sunt supra rationem & con-* ,, *tra rationem præsumit, & contra Fidem. Quid enim magis contra* ,, *rationem, quam ratione rationem conari trascendere; & quid magis* ,, *contra Fidem, quam credere nolle quidquid non possit ratione at-* ,, *tingere?* (Ep. CXC. ed. venet. 1596.)

125 Sed de iis, unum Orbis Oraculum (ita se ipsos, scilicet modeste, nominant) audire pro omnibus, juvat,, *s' ils* (les Philosophes) n' ont pu arriver à la belle idee, qu' ils se formoient ,, de la sagesse, ils ont au moins la glorie de l' avoir congue. (art *Philosophie* Encyclop.) ,, Le vrai Philosophe .... veut avoir ,, les commodites de la vie; il lui faut outre le necessaire pre- ,, cis, un honnete superflu, nècessaire à un honnete home, & par ,, le quel seul on est heureux. (ibid. art *Philosophe*). ,, L' esprit ,, Philosophique est un don de la nature perfectione par le travail ,, ... pour juger sainement de toutes choses ..... c' est la ,, regle du vrai, & du beau (art. Philosophique , esprit ibid.) ,, Dans tous les tems, ce sont les Laiques Philosophes, qui ont ,, fait le meilleur accueil a la *Morale;* & c' est une verité qu' on ,, peut ètablir par tous les ecrits des sages de la Grece, de Ro- ,, me .... Ce seroit mal connoitre la Religion, que de relever le ,, mèrite de la Foi aux depens de la *Morale;* car quoique la Foi ,, soit necessaire à tous les chretiens, on peut avancer avec veritè ,, que la *Morale*, l' emporte sur la Foi .... (De sacra ethica, ,, concedimus, dicente Paulo: *major autem horum est charitas*) on ,, peut etre en etat de faire du bien, & de se rendre plus utile ,, au monde par la Morale sans la Foi (ori fræno, & manibus ,, vinculis injectis), que par la Foi sans la Morale .... La ,, regle pour la Morale est encore plus certaine, que celle de ,, la Foi .... (verbum Dei per Ecclesiam, *columnam & firmamentum* ,, *veritatis*, propositum, Rationi, sæpe erranti, cedet?!) L' incredulite ,, n' est pas d'une nature si maligne, que le vice (etiam publica ,, & omnia turbans?!).... un incredule vertueux peut etre sau- ,, vè sur tout dans le cas d' une ignorance invincible, (in Maho- ,, meti Paradiso?!) & il n' y a point de salut pour un Croyant ,, vicieux (ut ut pænitenti?!) .... La Foi semble tirer sa prin- ,, cipale, si ce n' est pas meme toute sa vertu de l' influence qu'

,, elle

,, elle a ſur la Morale. cet. cet. cet. (Ibid. art. *Morale*) Præclarum ſcilicet virtutis Fidei æſtimatorem, cui I. Miſteriorum Fides, a quibus Imperii Religionis vires, ac ſumma dignitas adeo pauci eſt. II. Qui ab invicta hactenus difficultate *captivandi intellectum in obſequium Fidei*: quanti ſit apud Deum eorum meritum, a quibus id, vel explorata tormentis conſtantià, obtinet per Fidei donum, non intelligit. Sed hæc per tranſennam, quippe non hujus loci; uti nec influxus Fidei in *Moralem* huc ſpectabat: eatenus enim de *Morali* pure philoſophica ſermo ipſi fuerat; neutiquam vero de *Morali*, quam Fides conſecret; conſulat, jubeatque Fides practica.

126. Itaque, ut *Abailardus* olim, ita modo iſte (ut nihil ſine aliqua refutatione prætermittam) in eadem Francia *in ſuggillationem Doctorum Eccleſiæ*; imo, addamus licet, Canonicorum Scriptorum, *magnis effert laudibus philoſophos: adinventiones illorum, & ſuas novitates Catholicorum Patrum doctrinæ præfert, & fidei* (Bernard. ep. 189 ad Innoc. Pap.): facilique admodum gradu, a privato Proteſtantium ſpiritu ad ſpiritum Philoſophicum, utique privatum; quippe inconſultis aliis, ſuum cuique: huic ſupremi judicii partes de omnibus cum profanis, tum ſacris deferendas ſtatuit. Scilicet Spiritus Philoſophicus ſenſus ille ſpiritualis, ac perfectus, Eccleſiæ ſubjectus, eſt, qui ex Apoſtolo *judicat omnia, & ipſe a nemine judicatur* (I. Cor. II. 15). Sed redit ruſus in mentem in cauſa ſimili *Abailardus*, de quo ſapienter, ac ingenioſiſſime *Bernardus: Dum multum*, inquit, *ſudat, quomodo Platonem faciat Chriſtianum, ſe probat Ethnicum* (Ep. CXC) Nempe pro domo ſua, pro ſua *falſi nominis ſcientia* perorant, dum Ethnicorum *Moralem*, impietatibus hac illac aſperſam ac defœdatam, & modo parum, modo nihil a bene moratis auctoribus commendatam, (*) unice deprædicant. Quod dum inconſulto faciunt, divi-

 nis

(*) Reluctante quidem calamo, Specimen Philoſophorum, qua doctrina, qua moribus, qua utriſque corruptorum, ex *Diogene Laertio* ſubjicio; quorum ſi modo oſſa invenirentur, ethnico, hoc eſt, nationali Decreto ad *S. Geneveſæ* ſolemni pompa transferrentur. Igitur *Periander*, inquit, matre ſua *Cratea* abuſus eſt; *Socrates* Alcibiadi in deliciis fuit; *Theodorus* tradit, ſapientem ſcortis publice abſque pudore congreſſurum; *Phædon*, captus ab hoſtibus, infami ſe quæſtui addixit. *Stilpo Micarete* pellice utebatur; *Menedemus* de nimia familiaritate cum Aſclepiadis amaſio notatus fuit; *Plato* item de Pæderaſtia accuſatur, auctore non ſolum *Laertio*, ſed *Gellio*, & *Plutarcho*: quem quidem purgare ab eo crimine conatus eſt Card. *Beſſarion* (lib. 4. in calumniator. Platonis c. 2.): *Bion* Boryſtenites *Theodotæ* & *Philetæ*

nis, in illos latis, sententiis, a communi causa, plane se subdunt. Illæ autem, ut aliquas proferam, sunt ejusmodi: ,, Revelatur ira Dei de ,, cælo super omnem impietatem, & injustitiam hominum eorum, qui ,, veritatem Dei in injustitia detinent...... Deus enim illis manife- ,, stavit..... ita ut sint inexcusabiles. Quia cum cognovissent Deum, ,, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt: sed evanue- ,, runt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. ,, Dicentes enim, se esse sapientes, stulti facti sunt..... Tradidit ,, illos Deus in desideria cordis eorum..... in passiones ignominiæ ,, ... in reprobum sensum...... repletos omni iniquitate, malitia, ,, fornicatione, avaritia, nequitia, plenos invidia, homicidio, con- ,, tentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Deo odibi- ,, les, contumeliosos, superbos, elatos, inventores malorum, pa- ,, rentibus non obędientes, insipientes, incompositos, sine affectione, ,, absque fœdere, sine misericordia. Qui cum justitiam Dei cogno- ,, vissent, non intellexerunt, quoniam, qui talia agunt, digni sunt mor- ,, te: & non solum qui ea faciunt; sed etiam qui consentiunt fa- ,, cientibus (*Rom. I. a v.* 18.). Rursus: ,, Verbum Crucis pereun- ,, tibus quidem stultitia est..... Scriptum est enim: Perdam sapien- ,, tiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo (*Non enim suam in eis perdit, & reprobat, quam ipse donavit*, subdit Aug. l. X. de Civ. Dei c. XXVIII.) ,, Ubi sapiens? Ubi scriba? Ubi con- ,, quisitor hujus seculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam hujus ,, mundi? (*Post Evangelium nusquam invenias aut Sophistas, aut Chaldæos, aut Incantatores, aut Conjectores, aut Magos, nisi plane punitos*. Tertull. de Idolatr. n. 9.)..... ,, Quæ stulta sunt mundi ele- ,, git Deus, ut confundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus, ,, ut confundat fortia: & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit ,, Deus, & ea quæ non sunt, ut ea, quæ sunt, destrueret, ut non glo- ,, rie-

scortis palam congrediebatur; corruptorque juvenum appellatur ab *Aristone Chio*; *Aristoteles* Hermiæ concubinam amavit, eique sacrificavit. *Demetrius Phalereus*, 360. æreis statuis honoratus, turpiter amatus est a Cleone; *Antistenis* sententia, jus sapientibus in quasque mulieres formosissimas; *Diogenes* docebat, Mulieres & filios communes esse debere; *Zeno* similiter in Republica communes uxores statuebat; *Chrysippus* (lib. de Rep.) matribus, filiabus & filiis jubet, congredi. *Eudoxus* fuit in deliciis medico *Theomedonti*. *Epicurus Leontiam* & *Themistiam* meretrices & *Pythoclem*, formosum adolescentem, habebat in deliciis. Addimus ex *Chrysostomo*, *Solonem* legibus sanxisse pæderastiam, quasi honestam, non quidem servis, sed liberis. Proh nefas!

,, rietur omnis caro in conspectu ejus (*I. Cor. I. a v.* 18.). Denique, ne infinitus sim, Nemo, inquit idem Apostolus ,, Se seducat: Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, ut sit sapiens; sapientia enim hujus mundi stultitia est apud Deum. Scriptum est enim: Comprehendam sapientes in astutia eorum. Et iterum: Dominus novit cogitationes sapientium, quoniam vanæ sunt (*I. Cor. V. a v.* 18.). Hinc ad *Dioscorum* ejusmodi Philosophico discendi studio afflatum, Græcorumque sapientiæ impotenter avidum, rescripsit olim *Augustinus*: ,, Nec aliam tibi ad capessendam, & obtinendam veritatem viam munias, quam quæ munita est ab Illo, qui gressuum nostrorum, tamquam Deus, vidit infirmitatem. Ea est autem prima Humilitas, secunda Humilitas, tertia Humilitas; & quoties interrogares, hoc dicerem: Non quo alia non sint præcepta, quæ dicantur; sed nisi Humilitas omnia quæcumque bene facimus & præcesserit, & comitetur, & consecuta fuerit, & proposita, quam intueamur, & apposita, cui adhæreamus, & imposita, qua reprimamur, jam nobis, de aliquo bono facto gaudentibus, totum extorquet de manu superbia (*Epist. XVIII. n.* 33.): Superbis autem Deum resistere, noverat *Augustinus* ex scripturis, cum sacris, tum profanis; & ipsa experientia propria, & aliena.

127. Enim vero de ejusmodi ad vitam, & veritatem via non possum hic non excitare luculentissimum ejusdem *Augustini* monumentum in illa Christi verba: ,, Ego sum via, veritas & vita ,, quo simul errabundæ superioris gallici sermonis jactantiæ certa capita confringentur. Itaque ,, Deum esse quamdam *Vitam* æternam, immutabilem, intelligibilem, intelligentem, sapientem, sapientes facientem, nonnulli etiam hujus sæculi Philosophi viderunt. *Veritatem* fixam, stabilem, indeclinabilem, ubi sunt omnes rationes rerum omnium creatarum, viderunt quidem, sed de longinquo, sed in errore positi...... qua *Via* perveniretur non invenerunt .... Quod curiositate invenerunt, superbia perdiderunt. Dicentes, se esse sapientes, id est, donum Dei sibi tribuentes, stulti facti sunt....... Filius Dei assumendo hominem factus est via. Ambula per hominem, & pervenis ad Deum. Per ipsum vadis, ad ipsum vadis. Noli quærere, qua ad illum venias, præter ipsum (*qui dixit: nemo venit ad Patrem, nisi per me*, Joan. XIV. 6.). Si enim via esse ipse noluisset, semper erraremus (*Philosophis duci-*

ducibus) ,, ... Non tibi dico quære viam. Ipsa via ad te venit ,, Surge & ambula. Ambula moribus (*Christianis*) non pedibus. ,, Multi enim bene ambulant pedibus (*humanarum virtutum*, *ope scilicet verbi Dei*, *per rationem manifestati*, *quæ lucerna quadam est pedibus istis*) ,, & male ambulant moribus (*ab obturatis auribus*, *& occlusis oculis ad Verbum Dei*, *quod lumen est salutis semitis nostris*) ,, Invenies quippe homines bene viventes, & non Christianos. Bene ,, currunt: Sed in via non currunt. Quanto plus currunt, plus errant; quia a via recedunt. Si autem tales homines perveniant ,, ad viam, & teneant viam, O! quanta securitas; quia & bene ,, ambulant, & non errant. Si autem non tenent viam, quantumvis bene ambulant, heu! quam dolendum est. Melius est enim ,, in via claudicare, quam præter viam *fortiter* ambulare (*August. Serm CXLI. De verbis Evang. Joan. XIV. Tom. V. p. 682. a n. 1.*) I nunc & præfer rationem, præfer Philosophicas virtutes, præfer Philosophos paganos, & hæreticos Ecclesiæ Patribus ac Doctoribus, Christianis moribus & virtutibus, Fidei Catholicæ ac disciplinæ; atque adeo Christi ipsius institutis, consiliis, præceptis, doctrinæ. Enim vero tanta animi elatione turgent istiusmodi homines, quorum antesignanos *Horatius Epicuri de grege porcos* vocabat, ut scribere ausi sint: ,, Il nous manque peut-etre un ouvrage philosophique ,, sur la conformitè de la *morale* de l' Evangile avec les lumieres ,, de la droite raison; car l' une & l' autre marchent d' un pas ,, egal, & ne peuvent ètre separees. La revelation suppose dans ,, les hommes des connoissances, qu' ils ont dèjà, ou qu' ils peuvent acquerir en faisant usage de leurs lumieres naturelles. L' ,, existence d' une divinitè infinie en puissance en sagesse, & en ,, bontè, ètant un principe èvident par lui meme, les ecrivains ,, sacres ne s' attachent point à l' etablir: c' est par la meme raison qu' ils n' ont point fait un systeme metodique de la *morale*, ,, & qu' ils se sont contentes des preceptes generaux, dont ils ,, nous laissent tirer les consequences pour les appliquer à l' etat ,, de chacun, & aux divers cas particuliers ,, (Encyclop. art. *morale*.).

128. Nihil profecto est, quod in iis, quæ per se corruunt, diruendis cum Lectoris fastidio immoremur. Hactenus videlicet pro hominum in societate civili æqualitate, a communi natura, pugnaverant: parum id visum fuit, nisi eosdem invicem æquarent a communi

fidei

fidei lumine, quod diversum non sit a lumine rationis, quo de revelatis omnibus, sin minus illustrentur, illustrari possint: ut omnes æquis passibus incedant; nec *stella differat* jam ab *stella in claritate*. Habes hic *Incredulos*, simulque *Credulos* eosdem recognoscis: unde vero tantum paradoxum, traditum olim ab *Augustino* est:,, si quis (O! canonem præclarissimum),, temere, ac sine ordine disciplina-
,, rum in harum rerum cognitionem audet irruere, pro studioso il-
,, lum curiosum, pro docto credulum, pro cauto incredulum fieri.
,, (*Lib. II. de Ordine n.* 17.),,

129 Confersis igitur, quantum volueris, auctoritatem Philosophorum tuorum, a veritate, quam monstrat naturalis ratio, conciliatam, auctoritati, veritatique Evangelicæ:,, compara inflatos Cruci-
,, fixo .... tamdiu videntur aliquid dicere, donec comparentur Pe-
,, træ. Propterea si inventus fuerit aliquis eorum hoc dixisse, quod
,, dixit & Christus; gratulamur illi; non sequimur illum. Sed prior
,, fuit ille, quam Christus. Si quis vera loquitur, prior est,
,, quam ipsa Veritas? (Aug. enarrat. in Psalm. CXL. n. 19. to. IV.) Hinc, ne quid in Rationis lumen peccasse Augustinum, existimes: apud quos tuto istud sequi possit, alibi sapienter statuit:
,, Totum, inquit, culmen auctoritatis, lumenque Rationis in illo
,, uno salutari nomine (J. C.), atque in una ejus Ecclesia, re-
,, creando, atque reformando humano generi, constitutum est (Epist. CXVIII. ad Dioscor. n 33.). Quo plane cum Ethnica Hæreticorum pariter *Moralis* perstricta fuit, utpote recreando, reformandoque humano generi nedum inutilis, sed valde periculosa ac noxia:,, U-
,, bi etsi aliqua vera dicebantur (dicunturque); Eadem licentia
,, dicebantur (dicunturque) & falsa (ex Aug. lib. XVIII. de Civ. Dei c. XLII. n. 2.). En fructum contemptæ Ecclesiæ Catholicæ censuræ! Ipsum rationis lumen, dum maxime prælucere dicitur, periculose sequitur, ubi licentia de quolibet scribendi, dicendive dominatur. Sed *Grotius*, reponent, *Puffendorffius*, *Barbeyracius*, *Tillotonius*, ceterique earum partium *in illo uno salutari nomine* scripserunt. Apage:,, Non enim Christum sequitur, qui non se-
,, cundum veram Fidem, & Catholicam disciplinam christianus vo-
,, catur (Aug. de serm. Dom. in monte. Lib. I. n. 14. to. III.):,, nisi etiam Impios in Christi nomine scribere blasphemaveris, qui eo quandoque etiam gloriantur:,, cujus propterea auctoritati tanto de-
,, votius obtemperari oportet, ajebat sæpe laudatus *Augustinus*,
,, quan-

,, quanto videmus, nullum jam errorem se audere extollere ad congregandas sibi turbas imperitorum, qui non christiani nominis velamenta conquirat (Epist. cit. ad Dioscor. n. 32). ,,

§. XIV.

130. Volentem autem *ad lucem* tandem venire, desideratumque opus philosophicum aggredi: *sur la consomite* cet: operæ pretium duco, de quibusdam ipsum præmonere. Si emim me audire voluerit, auctor ipsi sum, ut consulat primum *Lactantium* libro IV. *de vera sapientia*, & III. *de falsa*. Hic enim inter alia hæc leget, maxime illi profutura: ,, *Anaxagoras* pronunciat, circumfusa esse tenebris omnia. *Empedocles* angustas esse sensuum semitas, tanquam illi ad cogitandum ,, rheda & quadrigis opus esset. *Democritus*, quasi in puteo quodam sic alto, ut fundus sit nullus, veritatem jacere demersam; ,, nimirum stulte, ut cetera. Non enim tamquam in puteo demersa ,, est veritas, quo vel descendere, vel etiam cadere illi licebat, ,, sed tamquam in summo montis excelsi vertice, vel potius in cælo, quod est verissimum (1)...... Adeo remotissimi fuerunt ab ,, ea veritate, ut eos ne status quidem sui corporis admoneret, ,, veritatem in summo illis esse quærendam. Ex hac desperatione ,, confessio illa *Socratis* nata est, qua, se nihil scire, dixit, nisi ,, hoc unum, quod nihil sciat. Hinc Academiæ disciplinæ manavit, ,, si tamen disciplina dici potest, in qua ignoratio, & discitur, & ,, docetur...... *Aristoteles* (inquit *Cicero*) veteres Philosophos accusavit: eos, ait, gloriosos, aut stultissimos fuisse, qui existimassent, Philosophiam suis ingeniis esse perfectam. Sed se videre, ,, quòd paucis annis magna accessio facta esset, brevi tempore philosophiam plane absolutam fore. Quod igitur fuit illud tempus? ,, ...Quando est, aut a quibus absoluta?.... Numquam potest ,, investigari, quod non per viam suam quæritur. (*Lib. III. C. XXVIII.*) ,,

131. Post hæc, Veteris Testamenti Sapientialibus libris perlectis, divina methodo concinnatum sermonem Christi in Monte, apud *Matthæum* Capitibus V. VI. & VII. descriptum, consulat: quem ,, *si quis* pie, sobrieque consideraverit, puto, ait *Augustinus*, quod ,, in-

(1) Consulesis Suar. lib. I. de necess. Gr. c. 1. de ejusmodi necessit. ad veritat. natural., & Tournel. par. II. de Gr. Chr. art. 1.

,, inveniet in eo, quantum ad mores optimos pertinet, perfectum
,, vitæ Christianæ modum: quod polliceri non temere audemus, sed
,, ex ipsis ejusdem Domini Verbis conjicientes.. Nam sic ipse sermo
,, concluditur, ut appareat, in eo præcepta esse omnia, quæ ad in-
,, formandam vitam pertinent. Sic enim dicit: *Omnis* ergo, qui
,, audit verba mea hæc, & facit ea, similabo eum viro sapienti,
,, qui ædificavit domum suam supra petram: descendit pluvia, ve-
,, nerunt flumina, flaverunt venti, & offenderunt in domum illam,
,, & non cecidit; fundata enim erat super Petram. Et omnis, qui
,, audit verba mea, & non facit ea, similabo eum viro stulto, qui
,, ædificavit domum suam super arenam: descendit pluvia, venerunt
,, flumina, flaverunt venti, & offenderunt in domum illam, & ce-
,, cidit, & facta est ruina ejus magna.,, Cum ergo non dixit, qui
,, audit verba mea tantum, sed addidit dicens, qui audit verba mea
,, hæc: satis, ut arbitror significavit, hæc verba, quæ in monte lo-
,, cutus est, tam perfecte instruere vitam eorum, qui voluerint se-
,, cundum ea vivere, ut merito comparentur ædificanti super petram (*Lib. I. de Serm. D. in mont. sec. Matth. n.* 1.). Adornanti igitur babelicam humanæ rationis turrim, quæ usque ad Cælum moralis Evangelicæ pertingat, satis erit pro hujus parte, laudatum hìc, divinum Christi sermonem sibi, in imo posito, ob oculos proponere. Nolim autem, ipsum latere, *Juvencum* presbyterum ætate Constantini, metro a se expositum, hunc sermonem, ita plaudendo claudere:

Talia dicentem magna admiratio plebis
Immensum stupuit, quoniam transcenderet alte
Doctrinam veterum Christo concessa potestas. (1)

132 Quod si rem agere compendio placuerit; neque nobis id displicebit. Age, macte esto animo: unam dumtaxat ex omnibus Christi institutionibus, de ipsius patientia, excerpe tibi doctrinam, quam cum rationis dictatis, sicubi inveniri possint, conferas; *patientia* enim, ut sapienter scripsit Catholicus Tertullianus, *omnem* speciem salutaris disciplinæ gubernat (*l. de patientia n.* 12.)...., ,, Nam
,, dilectio, inquit ibidem, summum fidei Sacramentum, Christiani
,, nominis thesaurus, quam Apostolus totis viribus Sancti Spiritus
,, commendat, cujus, nisi patientiæ, disciplinis eruditur?.... Fidem

S ,, Chri-

(1) De Hist. Evangel. lect. I, p. 64. to. V. Collect. Pisaur. omn. poemat. an. 1766.

,, Christi patientia induxit; spem hominis patientia expectat. Rursus (*n.* 15.) Fidem patientia munit, pacem gubernat, dilectionem adjuvat, humilitatem instruit, pœnitentiam expectat, exomologesim adsignat, carnem regit, spiritum servat, linguam frenat, manum continet, tentationes inculcat, scandala pellit, martyria consummat, pauperem consolatur, divitem temperat, infirmum non extendit, valentem non consumit, fidelem delectat, gentilem invitat, servum Domino, Dominum Deo commendat, feminam exornat, virum approbat: amatur in puero, laudatur in juvene, suspicitur in sene, in omni sexu, in omni ætate formosa est. ,, Nempe ex *Jacobi* Canonica Epistola (*c. I. v.* 4.) *Patientia opus perfectum habet; in tolerantia* videlicet *malorum*, ut rigore scholastico subjicit D. Thomas, *in quibus*, addit. ,, Non solum excludit injustam vindictam, quam etiam excludit justitia; neque solum odium, quod facit charitas, sed etiam excludit tristitiam inordinatam, quæ est radix omnium prædictorum. Et ideo in hoc est perfectior, & major, quia in hac materia extirpat radicem; non autem est simpliciter perfectior omnibus aliis virtutibus. ,, (1. 2. *q.* 66. *a.* 4. *ad.* 2.). In quo securitatem nostram, simulque æquitatem animadvertat, velim, Collator; quippe qui ad singulare certamen non ipsi exhibeam aliquam ex ejusmodi perfectioribus virtutibus; sed quæ inter inferiores a necessitate quàmmaxime suam habeat commendationem, dicente Apostolo: *Patientia enim vobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem.* (Hebræor. X. 36.)

133. Atqui ad hæc Athletam nostrum, arbitror, respirasse: Patientiam enim laudarunt, & homini necessariam esse, docuerunt pariter Gentiles. Quod equidem haud dissimularunt Ecclesiæ Patres, & Ecclesiastici Scriptores; ex quibus, ut brevitati consulam, *Tertullianus*, in Ethnicorum doctrina instructissimus omnium ex *Hieronymo*, ,, Ita proposita, inquit, Dei rebus est (Patientia), ut nullum præceptum obire quis, nullum opus Domino complacitum perpetrare extraneus patientia possit. Bonum ejus etiam, qui cæci vivunt, summæ virtutis appellatione honorant. Philosophi quidem, qui alicujus sapientiæ animalia deputantur, tantum illi subsignant, ut cum inter sese variis Sectarum libidinibus, & sententiarum æmulationibus discordent, solius tamen Patientiæ in commune memores, huic uni studiorum suorum commiserint pacem. In eam con-

,, spi-

,, ſpirant, in eam fœderantur; illam in adfectatione virtutis una-
,, nimiter ſtudent; omnem ſapientiæ oſtentationem de Patientia præ-
,, ferunt. Grande teſtimonium ejus eſt, cum etiam vanas ſeculi di-
,, ſciplinas ad laudem, & gloriam promovet. Aut numquid potius
,, injuria, cum divina res in ſecularibus artibus volutatur? (1)

134. Et divina profecto omnino res eſt ex Morali Evangelica PATIENTIA CHRISTI (*Theſſalon. II. 5.*): ad Cujus omnium præſtantiſſimas virtutes, tamquam *ad exemplum*, ſibi in *monte monſtratum*, animi motibus cohibendis, regendiſve, adſpicere, ac collineare in agone ſuo, Illius diſcipulo ex Evangelii Ethica incumbit. Ipſe enim, ſi noſſe, ac diſcere cupis, *Liber ſcriptus intus & foris eſt*, Chriſtianis moribus formandis: Ipſe *Verbum abbreviatum*, in quo, tamquam in breviſſima tabula, expreſſa ad vivum, videas omnia morum præcepta, atque adeo autographam, ut ita dicam, Ethicam Evangelicam: flectendis ad omnem pietatem hominum cordibus, in quorum *tabulis ..... carnalibus*, Eccleſiæ miniſterio, divinitùs deſcribitur, accommodatiſſimam; de qua Apoſtolus ad Corinthios (*II. III. 3.*) in hunc ſenſum ſcribebat: ,, Epiſtola eſtis Chriſti, miniſtrata ,, a nobis, & ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei vivi: non in ,, tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus; ,, & in ejuſmodi quidem optime moratiſſimis epiſtolis, nedum Chriſti doctrina verbis expreſſa continetur, ſed inſuper ſuaviſſimis, ex ejuſdem moribus, rebus geſtis, miraculis, morte, ceteriſque myſteriis, ſapidæ pietatis ſenſibus delibutæ, legentem ex ipſis recreant, ſummaque perfundunt lætitia, ut alacer fortiſque Chriſti imitationi incumbat; *omneque gaudium* exiſtimet, *cum in tentationes* varias inciderit (*ex Jacob. I. 2.*): memor Petri præmonentis: ,, Hæc eſt enim gratia,
,, ſi, propter Dei conſcientiam, ſuſtinet quis triſtitias, patiens injuſte.
,, Quæ enim eſt gloria, ſi peccantes, & colaphizati, ſuffertis? Sed &
,, ſi, bene facientes, patienter ſuſtinetis; hæc eſt gratia apud Deum.
,, In hoc enim vocati eſtis: Quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis,
,, vobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus. Qui
,, peccatum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus: qui cum
,, malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminaba-
,, tur: tradebat autem judicanti ſe injuſte: Qui peccata noſtra ipſe

(1) Lib. de Patientia n. I. to. II. edit. Wirceburg. 1781. p. 77. Conſuleſis de iis *Laertium* (Capp. I. & VII. lib. IV.).

,, pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui justitiæ ,, vivamus. Eratis enim sicut oves errantes: sed conversi estis nunc ,, ad Pastorem, & Episcopum animarum vestrarum (*I. Petr. I. a v.* ,, *19.*). ,,

135. Eò igitur redacta res est cum nostro futuro Collatore, ut propositis sibi hinc Christi moribus, ad imitationem ab Ipso exhibitis, cum ejusdem doctrina, de qua ipse dicit ,, Mea Doctrina non est mea, sed ejus qui misit me ,, (*Joan VII. 16.*); illinc vero humanæ rationis lumine, studio, arte, industria, cum tota illius vi ac facultate: medius ipse sedens sententiam proferre debeat, ac tandem edicere, num: ,, La morale de l' Èvangile, & la droite raison marchent d' un pas ègal? Num ,,: la rèvèlation suppose ,, dans les hommes des connoissances, qu' ils ont dèjà, ou qu' ils ,, peuvent acquerir, en faisant usage de leurs lumieres naturelles? Hæc quidem ad homines, qui revelationem moralis evangelicæ admittunt, aut certe admittere se simulant; ac dumtaxat delirant, tantam sapientiam, ac morum *regulam*, quam *quicumque sequuti fuerint, pax super illos, & misericordia* promissa est (*Galat. VI. 16.*): humana ratione assequi posse. Quos propterea ad Christianæ Legis, per Ecclesiam propositæ, observationem, dissimulato deliramento, *Lactantii* verbis urgeo: ,, Una igitur spes hominis, una salus in hac ,, doctrina, quam defendimus, posita est...... Quanta itaque vo- ,, ce possum, testificor, proclamo, denuncio. Hoc est illud, quod ,, Philosophi omnes in tota sua vita quæsierunt, nec umquam tamen ,, investigare, comprehendere, tenere valuerunt, quia aut pravam ,, religionem tenuerunt, aut totam penitus sustulerunt. Facessant ,, igitur illi omnes, qui humanam vitam non instruunt, sed turbant. ,, Quid enim docent? Aut quem instruunt, qui se ipsos non instru- ,, xerunt? Quem sanare ægroti, quem regere cæci possunt? Huc ,, ergo nos omnes, quibus est cura sapientiæ, conferamus. An ,, expectabimus donec Socrates aliquid sciat? Aut Anaxagoras lu- ,, men in tenebris inveniat? Aut Democritus veritatem de puteo ,, extrahat? Aut Empedocles dilatet animi sui semitas? Aut Arce- ,, silas, & Carneades videant, sentiant, percipiant? Ecce vox de ,, Cælo veritatem docens, & nobis, sole ipso clarius, lumen osten- ,, dens. Quid nobis iniqui sumus? Et sapientiam suscipere cuncta- ,, mur? Quam docti homines, contritis in quærendo ætatibus suis, ,, numquam reperire potuerunt? Qui vult sapiens, ac beatus esse

,, au-

,, audiat Dei vocem, discat justitiam, sacramentum nativitatis suæ ,, norit: humana contemnat, divina suscipiat, ut summum illud bo- ,, num, ad quod natus est, possit adipisci (*lib. III. de falsa Sap.* ,, *c. XXX.*).

136. Ad Moralem igitur Evangelicam observandam totos se conferant adversarii, inani spe deposita, parem illi morum regulam a ratione humana, ut ut rectissima ac purgatissima, aliquando tandem inveniendam. Altioris originis illa est; nempe ab Omniscientia, quam Pater Filio, qua Deo communicat; qua homini vero a rerum omnium scientia, cùm beatifica in sua Divinitate, tum infusa, ac divinitùs sibi indita: ,, requievit enim super eum Spiritus Domini, spi- ,, ritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilii, & fortitudinis, ,, spiritus scientiæ & pietatis (*ex Isai. XI.* 2.). ,, Hinc ipsum profitentem audivimus: *Mea doctrina non est mea*, hoc est a me rationis lumine inventa, studio, aut industria acquisita. ¿ Qui enim nostram felicitatem, eamque summam, in doctrina Crucis Christi sectanda, reponendam, umquam hominis in mentem veniret? Aliisque, summo jam gaudio expertis, tantum paradoxum, humanis dumtaxat rationibus, persuaderet? ,, Alta est hæc sapientia, & Philosophis in- ,, cognita, ajebat doctissimus Interpres ,, quam *S. Jacobus* (exponebat tunc Jacobi gnomen: *Omne gaudium existimate, cum in tentationes varias incideritis*),, didicit a Christo, qui illam velut arcanam, & ,, cœlestem e sinu Patris in mundum detulit, dicens: *Beati qui per-* ,, *secutionem patiuntur cet*:, ideoque e cœlo in carnem descendit, ,, ut eam homines doceret magis exemplo, quàm verbo. Tota e- ,, nim vita Christi fuit continua afflictio, crux, & Martyrium. ,, Paradoxum ergo Christi, & Christianismi a S. Jacobo, cæteris- ,, que Apostolis prædicatum, & practicatum est: Tribulatio est ,, summum bonum, ideoque in ea summme gaudendum. Ignorarunt ,, hoc prisci sapientes, nescivit hoc Aristoteles, non intellexit Pla- ,, to, falsum, censuit Anaxagoras, stultum, Epicurus. Natura enim ,, & naturalis ratio horret tribulationem, quasi naturæ, & naturali ,, statui, commoditati, ac felicitati inimicam, & e diametro con- ,, trariam. Quocirca homo, etiamsi totis naturæ viribus connitatur, ,, non potest eò assurgere, ut in tribulatione gaudeat, & summe ,, gaudeat; esto nonnulli Philosophi, in ea se gaudere, simularint, ,, & finxerint, ut Virtutis patientiæ & constantiæ nomen, famam ,, & fumum inanem apud homines aucuparentur...... Vere......

S. Cy-

„ S. Cyprianus lib. de Patientia: *Apud gentiles*, ait, *tam falsa est* „ *patientia*, *quam sapientia* „ (Alap. in Epist. S. Jacob. I. 2.). Christianorum omnino „ propria virtus est, etiam in his, quæ ad„ versa putantur, gratias agere Creatori. Juxta Apostolum hæc vir„ tus est maxima, ut in ipsis periculis, atque miseriis, gratiæ Deo „ referantur, & semper dicamus: Benedictus Deus, minora me, „ scio, sustinere, quàm mereor; hæc ad mea peccata parva sunt: „ nihil mihi dignum redditur. Hic animus Christiani est (*Hieronym. in epist. ad Ephes. V.* 19.)

§. XV:

137. Itaque quemadmodum corporeis oculis, solis licet lumine omnibus circumfulgentibus, suus, inter aperta & occulta, finitor tandem est, suusque terminus; ultra quem eorum vis, nullo *Crovvn*; aut *Flint-Glass*, nullis novæ inventionis achromaticis tubulis (Encyclop. suppl. v. *Achromatique* & *lunettes achromatiques*), nulla rationis humanæ industria, portendi potest: ita splendescente licet undequaque rationis lumine (ejus maculas hic dissimulemus) suus humanæ mentis oculis finiens, vulgo ex græcis *Orizon*, circumscriptus est, quem, nisi *Faith-Glass*, ut ita dicam, ope, vel intentissima acie, prætergredi, frustra conabuntur: quinimmo utrobique a temeraria, ac violenta contentione, certum illic corporis, hic mentis oculorum detrimentum, heu! reportatur. Scilicet id commodi accessit ab æquato per impiam Philosophiam, quam cavere jussit Apostolus (*Coloss. II.* 8.), rationis ac fidei, Dei, naturæque ingratiis, lumine! nec tantum æquato, si sua modo deliramenta promere audent, ut quandoque faciunt; sed prælata rationis vi divinæ fidei auctoritati: quam non jam præcedere, sed subsequi rationem, ipsi quidem jubent. Sed sinamus eos *cæci enim sunt*, *& duces cæcorum*. Et cæci ii plane sunt, qui anticatholicæ Philosophiæ, miserandis hisce temporibus, regendos, manuque ducendos, se tradunt. At enim, inquiunt, placet *Neoptolemus*, apud *Ennium* asseverans: *Philosophos Principes esse*, *oportere*, ac Platonis vox illa celebratissima: *Tum demum beatas fore Respublicas*, *si aut Philosophi regerent*, *aut Reges philosopharentur*. Eccui hæc non placeant de veris Philosophis, ac de vera Philosophia? de *Justino*, ac de *Athenagora*, exempli gratia; neutiquam vero de *Junio Rustico*, philosophi Imperatoris Magistro, aut de Cynico *Crescente*, Christianæ Philoso-

phiæ

phiæ odio, *Justini* accusatore &c. *Justini*, inquam, de quo *Tillemontius* (Tom. II. *Memoires*..p. 345. edit. Venet. 1732.) „ La qualitè de *Philosophe*, qu' on pretend, qu' il prenoit lui mesme (& „ qu' on luy donne presque toujours, pourroit paroistre moins „ avantageuse à ceux, qui n' y considereroient, que l' orgueil de „ ces anciens sages du monde, & la vanitè du raisonnement humain. „ Mais *ce nom a toute une autre idee dans S. Justin*), *qui n' a* „ *point cru estre veritablement philosophe, que lorsqu' il est devenu Chre*„ *tien*..... Quelques uns luy attribuent cette maxime, que *la fin*, „ *& le but d' un philosophe est de devenir semblable à Dieu, autant qu'* „ *un homme en est capable*. (Selon cette idee, qu' il avoit de la phi„ losophie, & que S. *Gregoire de Nazianze* en a eue aussi, *il n' y* „ *a rien de si grand, ni qui convienne davantage à un saint Martyr* „ *que le titre de Philosophe*....) De eodem rursus p. 393.: „ En „ preschant la veritè *convainqnoit les Philosophes de n' estre, que des* „ *flateurs interessés, des Parasites, & des imposteurs*. (Ex *Tatiano*.)

138. De *Athenagora* vero ex Atheniensi Philosopho Catholicus, ut quam felix a moralis evangelicæ Philosophia res publica sit, agnoscas: hæc ex illius Apologia, quam pro Christianis Imperatori Philosopho, hoc est Marco Aurelio Antonino, & Collegæ obtulit, excerpere juvat: „ Quæ sunt, inquit, illa placita, quibus nos as„ suefacimus? *Dico vobis: diligite inimicos vestros: orate pro iis, qui* „ *vos insectantur, ut sitis filii Patris vestri, qui in Cœlis est, qui* „ *solem suum oriri facit bonis, & malis, & pluviam dimittit justis*, „ *ac injustis*. Quis unquam Philosophus hæc docuit discipulos suos? „ Opifices apud nos, & aniculæ, si nullam, dicendo, professionis suæ „ (Christianæ) utilitatem exhibere queant, rebus ipsis, & operi„ bus declarant: orationes compositas non recitant; sed actiones ho„ nestas, & virtutum exempla præbent: dum percussi non repercu„ tiunt, petentibus largiuntur, proximos, tamquam se ipsos, amant „ .... Neque dubitare vos, puto, homines illos, quorum vita „ omnis ad Deum, veluti normam, & regulam, dirigitur, ut inculpa„ tum, & irreprehesibilem unusquisque ei se præbeat: ne cogita„ tione quidem vel minimum crimen ullum admissuros; si enim solum „ hanc præsentem vitam, nos victuros, crederemus, suspicioni foret „ locus, nos, carni indulgentes, sequi concupiscentiam & avaritiam. „ Nos vero, qui omnibus factis, & cogitationibus nostris semper „ Deum adesse scimus, cumque totum esse lumen, & quæ in cor-

„ dibus

,, dibus nostris latent, videre, & post hanc vitam longe meliorem, ,, nempe cœlestem, nos victuros, vel deteriorem in ignis suppliciis, ,, si aliorum malefacta sequamur: probabile non est, nos sponte ma,, los esse, & velle nos magno Judici tradere puniendos....

139. Jam *Justinum*, & *Athenagoram* ex innumeris quos Catholica disciplina per singulas ætates dedit Philosophos, dumtaxat excitavi: quod ambo *M. Aurelii Antonini*, maximi apud hodiernos Incredulos nominis; ætate floruerint, ejus Philosophiæ, Philosophorumque castigatores. *Parvuli enim sunt Philosophi, nisi a Christo viri fiant*, ut sapienter scripsit, ex ethnico Philosopho Christianus, Tit. Flav. Clemens Alex. (*lib. I. Stromat.*): Pharisæis, & Legisperitis, *Consilium Dei* spernentibus *in semetipsos*, minime dissimiles; in quos propterea Christi Domini optime cadit emissa in illos olim percbresa reprehensio: ,, Ait autem Dominus: cui ergo similes dicam homines ,, generationis hujus? Et cui similes sunt? Similes sunt Pueris se-,, dentibus in foro, & loquentibus ad invicem, & dicentibus: Can-,, tavimus vobis tibiis & non saltastis: lamentavimus & non plora-,, stis (*Luc. VII. 31 32.*). ,, Atqui calamitosis hisce temporibus ad horum cantum saltant bene multi; aliqui contra ad eorum lamenta plorant, & cum saltantibus saltare vellent in Saturnalibus. Placent Philosophi: ad eorum cantilenam de libertate, de amicitia, de æqualitate, de democratica Constitutione, plaudunt, tripudiant, annuunt. Displicet contra Christi Hierarchia, atque adeo vera Ecclesia, displicent Reges, qui eam protegunt, displicet moralis evangelica de charitate, perfectæ libertatis, amicitiæ, ac æqualitatis conciliatrice: displicet tandem omne regimen, quod populorum felicitati, paci, commodis conservandis, promovendisque, a sartis tectis Christianis moribus, invigilet. Et Christianis quidem populis, ab ejusmodi peste præservandis, satis hactenus fuerat brevis hæc Cathechismi institutio:

,, *D.* Jesus Christ qu' at-il fait sur la terre?
,, *R.* Il a ètè Maitre, & Sauveur.
,, *D.* Qui at-il sauvè?
,, *R.* Tout le genre humain.
,, *D.* Qu' at-il enseignè comme Maitre?
,, *R.* Sa divine Doctrine, la plus excellente, & utile aux ,, hommes.

,, *D.* Po-

„ *D.* Pourquoi dites-vous, qu' elle est la plus excellente?
„ *R.* Parce qu' elle dètruit les vices, & enseigne les plus parfaites vertus.
„ *D.* Et pourquoi est-elle la plus utile?
„ *R. Parcequ' elle est la seule, qui peut nous rendre heureux dans*
„ *cette vie, & dans l' autre.*

Germanicè:

„ *Weilen sie die eintzige ist, so uns in diesem, und jenem leben*
„ *glukseelig machen Kann.*

Italicè:

„ *Perchè ella è la sola, che ci può rendere felici in questa, e nell'*
„ *altra vita.*

Hispanicè:

„ *Porque es la sola, que nos puede hacer dichosos en esta, y en la*
„ *otra vida.* (Ex Cathechis. IV. linguar. Madrid. 1777.)

Utique; & quidem hac de causa: quòd iis moribus, quibus publicæ rei commodis, paci ac saluti apud Christianos honeste consulitur; iisque virtutibus, quibus Civitatis, Principatus, Regni, ac Imperii felicitas obtinetur: iisdem in constitutionum legumve ferendarum deliberatione præ oculis habitis, tutissima, a Christiana Philosophia, sterni via debet; ne legislatorum culpa, a recto divinæ voluntatis, per Ecclesiam, ex Christi institutione, proponendæ, tramite, cum æternæ felicitatis jactura, quis deviet: similis *cani Æsopi, qui panem quidem reliquit, in umbram autem ejus impetum fecit, & perdidit escam.* Id quod de certis *Gnosticis (Sçavans* privative*)*, novis haud penitus dissimilibus, dixit olim *Irenæus* (lib. II. c. XII.).

140. Ne vero quis, temere id a me dictum existimet, conferat, amabo, hominis jus, quod isti efferunt, circa æqualitatem ac libertatem, hinc benevolentissimæ oculatissimæque Dei ordinationi obnoxium, Ejusque imperio Ecclesiæ etiam ac Principum potestati; illinc vero idem hominis jus effrene, ac nulli subjectum, vel talibus obnoxium publicæ Constitutionis custodibus, ex quibus aliqui, clamante populo: *Nos legem, habemus & secundum legem debet mori*, innocentissimum omnium parati essent in crucem agere: tanto in Christianam religionem, ejusque auctorem odio, aut contemptu feruntur. Confer rursus Charitatis amorem ac dilectionem, quæ amicos, & inimicos amplectitur, nec tantum qua homines ab eodem Deo creati, ex iisdem primis parentibus prognati; sed qua super omnia eodem

Christi Sanguine redempti, in eadem Ecclesia fide, spe, charitate, lege, Sacramentis conjuncti copulatique; qua denique ad Dei amicitiam, filiationem, atque adeo Dei ipsius hæreditatem, *cohæredes Christi* (Rom. VIII. 17.) vocati: confer, inquam, hujus dilectionis vim cum exterius dumtaxat pacta amicitia, mutuisque commodis innixa: nec ullus dubito, quin si modo sapiens fueris, sicut hominis jus, ad Evangelicam legem exactum, pœnisque tandem omnium gravissimis, maximisque præmiis in officio contentum, illectumque, pseudo-juri, ad cujusque arbitrium efformato ampliatoque, præferes, ita Catholicam Charitatem *constitutionariæ* amicitiæ anteponas.

§. XVI.

141. DEnique cum sanctissimo hominis juri tuendo, firmissimoque Charitatis vinculo conservando, pro munere sibi divinitus commisso, Ecclesia ubique allaboret: doleatque vehementissime, quod hostium suorum consiliis, scriptis, sermonibus, seditionibus &c. &c. &c., cum Christianæ justitiæ, tum charitatis officiosa vincula hac illac abrumpi, non desinatur: iis, qui incolumes esse velint, Ecclesiam, ex Christi sententia, audiendam esse, edicimus; impiis, hæreticis, schismaticis, tanquam ethnicis & publicanis, eorum rite abjuratis erroribus, quibus id opus fuerit, habitis (*Matth. XVIII. 17.*): Ecclesia quippe *certas & constantissimas*; & quidem ad perfectissimum justissimumque ordinem exactas, *amoris leges erga propinquos, amicos, atque inimicos, tradit; sola* enim *Christi doctrina, quæ in Ecclesia traditur, ac probatur, varia hæc hominum officia* fortiter suaviter, verbo ac potestate *moderatur* (Videsis Calmet in Cant. C. II. v. 4.).
,, Amemus *igitur* Dominum Deum nostrum, amemus Ecclesiam ejus,
,, illum sicut Patrem, istam sicut Matrem.......matrimonium hoc
,, magna Charitate compaginatur. Nemo offendit unum, & prome-
,, retur alterum..... Absit a me, *inquis*, non consulo sortilegum,
,, non quæro arreptitium, non quæro divinationes sacrilegas, non
,, eo ad adoranda dæmonia, non servio lapidibus, sed tamen in
,, parte (*Lutheri*, *Calvini*, Philosophorum, Apostatarum, Schisma-
,, ticorum) sum...... Quid prodest, si Dominum confiteris, Deum
,, honoras, ipsum prædicas, Filium ejus agnoscis; sedentem ad Pa-
,, tris dexteram confiteris, & blasphemas Ecclesiam ejus? Non te
,, corrigunt exempla humani conjugii?..... Tenete ergo charissimi,

,, te-

,, tenete omnes unanimiter Deum Patrem, & Matrem Ecclesiam.,, (*Aug. in Psalm.* 88. *n.* 14. *To. IV.*)

142. Hinc cum ex quarto Decalogi præcepto, ac Evangelica lege summi omnes Principes, ac Magistratus colendi, honorandique sint: quod Principes Catholicos attinet ea accedit ratio, in aliorum offensionem nullatenus vertenda, quòd ad tuendam hanc Ecclesiam, hoc est, ejus dogmata, disciplinam, hierarchiam, leges, jura, immunitatem, Personas, religione adstrictos se, profiteantur. (Consulesis *Directions pour la conscience d' un Roi* auctore Ill. *Francisco de Salignac de la Mothe Fenelon ap. Euseb. Amort.* Tom. I. Theol. mor. edit. 1757. a p. 776.) Sed hæc, inquam, ratio nullatenus, absit, in aliorum Principum offensione vertenda: quicquid enim ubivis accidat ,, *ab* iis, qui bonitate Principum, & honore, qui in eos ,, collatus est *abutantur* in superbiam, ut scripsit *Assuerus*,....... ,, & in tantum vesaniæ *prorumpant*, ut eos, qui credita sibi officia ,, diligenter observant..... mendaciorum cuniculis conentur subver- ,, tere: dum aures Principum simplices, & ex sua natura alios æsti- ,, mantes, callida fraude decipiunt (*Esther c XVII. a v.* 2.): numquam cuiquam licet, a Principis sui, cujusvis Sectæ fuerit, Dei locum, uti nostri, modo benefici, modo irati, tenentis, fideli ac reverenti obsequio cessare. Neque vero præter Catholicam charitatis, ac obedientiæ legem, peculiaris impræsentiarum haud adest ratio, a qua Principes omnes, qui Christiano nomine gloriantur, cordi maxime nobis esse debeant. Nempe ingratissimi omnium essemus, si pro ea, qua Catholici sub eorum beneficentissima, atque suprema protectione, tranquillitate gaudent, ipsorum votis ac precibus nostras ubique terrarum haud jungeremus pro Illorum salute ac incolumitate: utque sub iis illucescere, imo effulgere incipiat dies optatissimus, quem, certo credimus, tandem adfuturum, in quo ,, Fiet unum ovi- ,, le, & unus Pastor (*Jo. X* 16.): quo abs dubio, exterminandis Impiis, Anti-nomis, ac Rebellibus, *ita ut non sint* (Ex Psalm. CIII. 35.), jugi romani invidioso phantasmate tandem evanescente, sub charitatis ab eadem Fide *omnia* sustinentis (*Ex I. Cor. XIII.* 7.) vexillo (vide Alap. in cant. 11. 4. *Ordinavit in me charitatem*), alacrius, ac certa victoria undique concurreretur. Nec profecto serio quærentibus difficile erit invenire, maxime Fidem in baptismo acceptam conservantibus: qui quibus in dogmate ac disciplina consentire ac obedire debeant: num scilicet Apostatæ, hoc est rebellantes fi-

ſii, & ab iis, quod humanum eſt, ſeducti debeant conſentire Catholicæ Matri, quæ per quoſvis ubivis baptizat; an Mater illis? Faxit Deus, ut præſentis rebellionis occaſione copioſum gratiæ lumen effulgeat, quo certo ab iis, quorum cauſa ſcribimus, agnoſcatur, eò redeundum religione eſſe, unde per apoſtaſiam diſceſſum eſt: quicquid ex adverſo clamet pſeudo-miniſtrorum, -doctorum, -paſtorumque φιλαυτία, de qua *Auguſtinus*: ,, Nimis perverſe ſe ipſum ,, amat, qui & alios vult errare, ut error ſuus lateat ,, (*Epiſt. CXLIII. al. VII. ad Marcellin. n* 2.).

143. Sed longe eſt, præfracte reponunt, ut erremus, qui tantos auctores ſequimur. Proh! inquiunt, quantus vir *Lutherus*, quantus *Calvinus*, quantus *ZWinglius*, cet. cet. cet. Porro quoniam tantorum hominum magnitudo una latina voce exprimi non poteſt, a græco fonte accepta, aut efformata appellatione, latinis formis donata, *Megalander* vocatur a Tubingenſi Cancellario cl. *Pfaffio*, magno ipſo inter Proteſtantes nomine, *Lutherus* ſuus (1). Eamdem cum propriam; adeo ſunt modeſti; tum collegarum magnitudinem obtendunt nobis Pſeudo-Philoſophi hodierni. Quid vero tandem erit de noſtra cauſa, ſi, de ſe, tamquam de gigantum natione, gloriantibus, id præter eorum opinionem ſectariis, Philologiſque liberaliter dederim? Erunt ne tunc nobis in tuto omnia? Erunt profecto. Sunto igitur, calculis ſententiis ac ſuffragiis noſtris, Magni. Neque eſt quod quiſquam noſtrum ex hac mea liberalitate vel minimum damnum timeat. ,, Non enim putetis, fratres, quia potuerunt fieri hæreſes ,, per aliquas parvas animas. Non fecerunt hæreſes niſi Magni ,, Homines: Sed quantum Magni, tantum Mali Montes. Non enim ,, montes erant tales, qui ſuſciperent pacem, ut colles juſtitiam: ,, ſed illi diſſenſionem ſuſceperunt a Diabolo patre ſuo. Montes ,, ergo erant, ad tales montes cave, ne fugias. Venturi enim ſunt ,, Homines (*En adſunt*), & dicturi tibi: Magnus ille Vir, & ,, Magnus ille Homo. Qualis fuit ille *Donatus*? Qualis eſt *Maximianus*? (*Lutherus*, *Calvinus* cet. *Voltairius*, *Rouſſeaus*, *Mira-* ,, *be-*

(1) *Pfaff* in Diſſert. Apologet. de Fragment. *Irenæi* p. 76. to. II. hujus Oper. per cl. P. Maſſuet edit. Venet. 1734. At qualis quantuſque fuerit *Lutherus* ob omnium oculos ponit doctus polemicus *P. Pichler* (ex perverſa illius doctrina, obſcenis, ac ſacrilegis moribus, ſermonibuſque nulli non notiſſimis) in Append. ſuper Auguſtana Confeſſ. artic. 2. Ex cujus magnitudinis idea, aliorum ſibi ſimilium magnitudinem tute arguas licet.

,, *beanus* cet.?) ...... Omnes iſtos montes nominavi, ſed naufragoſos (Aug. Enarrat. in pſalm. CXXIV. p. 1414. to. IV.). ,, Multi in iſtos montes adtendentes & Terram deſiderantes, cum ,, de fluctibus volunt liberari, ad ſaxa (*inobſervata nautica Petri Charta*) ,, compulſi ſunt, & naufragium in terra (*extra Petri Navem*) ,, fecerunt (Idem ibid. in pſalm. 35. p. 250.) (1). ,,

144. Quemadmodum enim certo navem frangendi, ac perdendi cum vita omnia, periculo, iter mari terraque facerent ii, qui nihil non tutum ubique arbitrarentur; nec ullas timeri inſidias, graſſatores, ſaxa latentia, prædoneſque, juberent; contraque *liberrime* quaquaverſum curſum ac proram torqueri, imperarent: ita omni procul dubio in Religionis cauſa ii ſummùm imprudentes, immo communis Fidei ac ſalutis hoſtes habendi, quibus auctoribus, nihil cavendo, *libere* velificandum: nequid videlicet detrimenti accipiat litterarium commercium: cujus lucra tanti æſtimant, ut manifeſtiſſimis Religionis periculis, ſalutiſque damno, promovenda conſulant. Re quidem vera de Catholica, in eorum ſcripta intorta, cenſura dolorem ut diſſimulent, zelum prætendunt, ac ſtudium pro re litteraria; quæ, ſi certos

(1) Auctor operis, italice ex gallico inſcripti: *Dei Mezzi impiegati dall' Aſſemblea Nazionale per diſtruggere in Francia la Religione Cattolica*, D. Henricus Alex. Audainel, quàm ingenio impares abjectique hodierni Apoſtatæ ſint ad anteceſſores comparati, ibi plane demonſtrat: ex quo Magni *Mirabeauui* imaginem, hìc opportune collocatam, attente contemplator: ,, Orribili, ait, ſoſpetti macchiarono la ſua gioventù: ſuo Padre l' ha creduto parricida, e i delitti del Figlio giuſtificarono i ſoſpetti del Padre. ,, Tiranno della ſua Spoſa, ed obbrobrio dell' autor de' ſuoi giorni, l' uno ,, lo rigetta, e la legge lo allontana dall' altra: furbo e vile, egli conſuma ,, i ſuoi giorni a rubare, ed a ſottrarſi dalla perſecuzione di quelli, ch' egli ,, aveva derubati. Partito da ſuo Padre vide ſucceſſivamente tutte le prigioni del Regno (Non ſi creda ch' egli vi foſſe chiuſo per atti di diſpotiſmo; non fu mai fermato che ſulla richieſta eſpreſſa di ſuo Padre). Se ,, ne fugge; e per commettere delle nuove ſcelleragini, egli ſeduce la moglie di uno de' ſuoi oſpiti (Mad. *Le Monnier*): di concerto con eſſa ruba al Marito le gioje: fugge colla ſua vittima: conſuma il frutto delle ,, ſue ruberie, e la reſtituiſce in ſeguito al ſuo Spoſo per ottenere il ſuo ,, proprio perdono. Accuſato così dalle leggi, e condannato alla morte ,, (dal preſidiale di *Pontarlier*, che lo fece appiccare in effigie), egli meritò la ſua grazia con una nuova infamia: carico di debiti, d' obbrobrj, ,, di minaccie s' accoſtuma agli affronti......... fattoſi ſpia in una delle ,, Corti d' Europa, egli tradiſce egualmente la Corte, ch' egli ſpia, e quella che lo paga (Vedete la ſua *Corriſpondenza ſecreta della Corte di Berlino*). Proſcritto, ſcacciato dall' Europa intera, il ſolo paeſe, che gli ,, offre un aſilo, è ben preſto macchiato da' ſuoi delitti; e non evita la

tos ex ipsis audias, beneficio libertatis cogitandi; & quæcumque cogitaverint in vulgus spargendi, apud ipsos, haudquaquam alibi, floret. Quis enimvero eorum querelas felle penitus imbutas, at in speciem commiseratione plenas numeret? quibus videlicet Catholicæ Ecclesiæ sanctissimum ac providentissimum morem proscindunt, quo velut in charta nautica scopuli saxaque, non paucos latentia, in Indicibus librorum prohibitorum, cavenda omnibus, notantur: iis solum, e proximo ea radere, & oculis legere, facultate, modo ampliore, modo intra certos terminos restricta, rite concessa; quibus a doctrinæ ac virtutis apparatu, nullo *animæ detrimento*, sed contra, cum ipsorum, tum aliorum bono feliciter id successurum, creditur.,, No:
,, impari il *Boemero*, impari l'Autore delle *lettere Giudaiche*, impa-
,, ri *il Voltaire*, con proibire i libri non vuolsi ricondur l'ignoran-
,, za e la barbarie; vuolsi difendere la Religione, conservare il
,, costume, mantenere la società. In vano gridan gli Eretici, e
,, con

,, forca a *Londra*, che colla fuga (Egli vi commise un delitto di falso, e
,, ne accusò il suo Segretario. Il processo terminò con un decreto di cat-
,, tura)..... la sua Patria in pericolo, richiamando tutti, richiama anche
,, lui. Egli ci rientra per lacerarla; e fiero de' suoi successi nel delitto, egli
,, cominciò la sua vita pubblica, come aveva cominciata la sua vita priva-
,, ta: nascendo volle toglier l'esistenza a suo Padre; fatto uomo pubblico,
,, ha voluto trucidare il suo Re.,, Hucusque de *Mirabeauuo*. Ibid., si cupis, ejusmodi Magnorum hominum multiplicem Characterem inspicere, licebit. Sacrilegam interim mirare audaciam iis, quibus alia sepultura debetur, sanctissimum templum destinandi a Regni illius conditore *Clodoveo*, & S. conjuge *Clotilde*, Principum Apostolorum stabiliendæ in eo Regno memoriæ, a fundamentis erectum. De eo hæc *Tillemontius*: ,, Elle (*Sainte Geneviere*)
,, fut enterrée dans une eglise, qu' elle avoit exhorté *Clovis* de bastir en
,, l'honneur des Apostres *S. Pierre* & *S. Paul*, lorsqu' il se preparoit à mar-
,, cher contre Alaric II. Roy des Gots (en 507.) Il avoit commencé à la
,, faire bastir, mais il la laissa imparfaite: & la Reine Sainte Clotilde la
,, fait achever aprés la mort de ce Prince..... Il y avoit esté enterré luy
,, mesme: & sainte Clotilde y eut aussi sa sepulture (tom. XVI. p. 630.
,, ed. Venet. 1732.). ,, Dixeris scilicet Magnos illos homines asilum in eo templo quæsivisse, unde eos abstrahi non liceat ex canone I. Aurelianensis Synodi duorum supra XXX. Episcoporum *Clodoveo* Rege, uno ex omnibus per id temporis Catholico Principe: ac inter omnes Reges Ecclesiæ Primogenito (consulesis Sirmond. to. II. Oper. in Epist. XLI. *Aviti Ep.*). Interea torquentur *Clodovei* memoria; quippe qui *Urceum argenteum*, quem miles abstulerat, rogante *S. Remigio*, Ecclesiæ, licet paganus, restituit. II. Securos ibi non sinit eos quiescere *S. Remigii* ad eum in Baptismo vox: ,, Mitis
,, depone colla sicamber. Adora quod incendisti, incende quod adorasti.,,
cet, (videsis *Du-Mesnil* Doctr. & Discipl. Eccl. l. XXVI. a n. 67.).

,, con esso loro i moderni Filosofi, che il rinserrare gl' ingegni en- ,, tro a certi confini è un bandire la verità, e le scienze. Que- ,, sto principio a prima vista specioso dirò col pio, e dotto Abate ,, *Gauchat* (Lettr. critiqu. To. II. lettr. XIII.) aprirebbe la porta ,, ad infiniti abusi (quod utinam a luctuosissima experientia non docere- remur.) ,, L' empio se ne servirebbe per seminare impunemente ,, le sue nere lezioni di Ateismo, il dissoluto per ispargere in ,, iscritti osceni l' infamia del suo cuore, il ribelle per soffiare il ,, fuoco della sedizione, il caustico per lacerare crudelmente gli ,, obbietti del suo odio. In una parola non v' ha eccesso, che non ,, si possa appoggiare su questa massima (Egregius Franc. Ant. *Zaccaria* in stor. polem. delle proibiz. de' Libri Romæ 1777. Dissert. I. c. ult. n. V.) ,, La debolezza de' figliuoli è quella, che riempie ,, di giusto timore la Chiesa: e se arma di sacri fulmini la mano ,, per allontanarli da tal lettura, è sol prudenza di Madre amoro- ,, sa, che minaccia il mal pratico fanciullino, ove incauto incorra ,, a non difeso finestrone con pericolo di mortal caduta, o voltarsi ,, il vegga sull' erbe, tra le quali velenosa serpe si giaccia ap- ,, piattata. Dovrebbe d' ordinario bastare, perchè uno gittasse tai ,, libri, la legge naturale, e divina, la quale perchè comanda di ,, seguire la verità, e di schivare l' errore, insieme con ogni mag- ,, gior rigore proibisce l' esporsi a pericolo di vacillar nella fede, ,, o d' imbrattarsi nel costume. *Ma pur troppo sonoci di coloro, che* ,, *si credono abbastanza forti per resistere alla seduzione de' libri*. Quin- ,, di la Religione per essi appunto, che non temono, fatta timoro- ,, sa; e ben consapevole, che *gran principio di cadute* suol essere ,, *il non paventarle*, proibisce tai libri, acciocchè ove o 'l diritto ,, naturale, e divino non basti, o in qualche caso non obblighi a ,, tenerci lungi dalla loro lettura, almeno le positive sue leggi, e ,, le stabilite pene ce ne allontanino. ,, (*Idem ibid. Cap. III. num. VIII.*) (1)

145.

(1) Venetiis an. 1771. liber prodiit inscriptus: *Delle proibizioni de' libri, opera di Antonio Arnaldo tradotta dal Francese*. Quest' Opera, ait laudatus cl. *Zaccaria*, è una parte di un' opera più grande .... *Difficultés proposées a M. Steyaert* cet. De ea vero italus interpres libri *delle proibizioni* ait: *Sembrerà impossibile, che un' opera tale non sia stata proibita .... i più scrupolosi la ponno leggere*. Cave credas: Non possunt; prohibita enim est ab anno 1705. sub litt. D. verbo *des Difficultés* cet. Nedum generalibus interdictis. Moniti a laud. Zacc., ne cui fraudi sit, alios monemus oport. import.

145. Hæc porro Ecclesiæ sapientia summopere displicet iis, quos ab eadem causa, se intolerandos cum Libris agnoscere, oporteret: ita exigente Catholici gregis salute; quæ una *summa* ratio est religiosæ sectarum intolerantiæ: in ipsorum tandem, qui, læsam in se charitatem, queruntur, bonum, si sapiunt, convertendæ. Hunc sensum per se verissimum, ab *Augustino* (Epist. XCIII. a n 17), de cujus ardentissima Charitate inter omnes constat, gaudeo, confirmari; fere enim erubesco, *dum sine textu* loquor: certus tunc propius rationem sequi, cum iis, qui ea optime usi sunt, ratiuncula mea adhæreo. Itaque ,, mea *primitus* sententia, ait S. Doctor, non erat, ,, nisi neminem ad unitatem Christi esse cogendum, verbo esse agen- ,, dum, disputatione pugnandum, ratione vincendum, ne fictos Ca- ,, tholicos haberemus, quos apertos hæreticos noveramus. Sed hæc ,, opinio mea, non contradicentium verbis, sed *demonstrantium* su- ,, perabatur exemplis. Nam primo mihi opponebatur *Civitas mea*, ,, quæ cum tota esset in parte Donati, ad unitatem Catholicam *ti-* ,, *more legum imperialium conversa est*, quam nunc videmus, ita hu- ,, jus vestræ animositatis perniciem detestari, ut in ea numquam ,, fuisse credatur. Ita aliæ multæ, quæ mihi nominatim commemo- ,, rabantur; ut ipsis rebus agnoscerem, etiam in hac causa recte in- ,, telligi posse, quod scriptum est: *Da sapienti occasionem, & sa-* ,, *pientior erit* (Prov. 9. 9.). Quam multi enim, quod certo sci- ,, mus, jam *volebant esse Catholici*, manifestissima veritate commoti, ,, & *offensionem suorum reverendo*, quotidie *differebant*. Quam mul- ,, tos, non veritas, in qua numquam præsumpsistis, sed *obdurata* ,, *consuetudinis grave vinculum colligabat*, ut in eis compleretur di- ,, vina illa sententia: *verbis non emendabitur servus durus: si enim* ,, *& intellexerit, non obediet* (Prov. 29. 19.). Quam *multi propte-* ,, *rea* putabant, veram Ecclesiam esse partem *Donati*, *quia eos ad* ,, *cognoscendam Catholicam veritatem securitas torpidos*, fastidiosos, pi- ,, grosque faciebat. Quam multis *aditum* intrandi *obserabant rumo-* ,, *res maledicorum*, qui nescio quid aliud nos *in altare Dei* ponere ,, jactitabant. Quam multi *nihil interesse credentes*, *qua quisque par-* ,, *te Christianus sit*, ideo permanebant in parte *Donati*, *quia ibi* ,, *nati erant*, & eos inde discedere, *atque ad Catholicam* nemo tran- ,, sire cogebat.

,, *His omnibus* harum legum *terror*, quibus promulgandis Re- ,, ges serviunt Domino in timore, ita *profuit*, ut nunc *alii* dicant,

,, *Jam*

,, *Jam hoc volebamus*; sed *Deo gratias*, qui nobis occasionem præbuit
,, jam jamque faciendi, & dilationum morulas amputavit; *Alii* di-
,, cant, *Hoc esse verum jam sciebamus*, *sed* nescio, qua *consuetudine*
,, tenebamur: *gratias Domino*, qui vincula nostra disrupit, & nos
,, *ad pacis vinculum* transtulit; *Alii* dicant, *Nesciebamus*, *hic esse ve-*
,, *ritatem*, *nec eam discere volebamus*; sed nos ad eam cognoscendam
,, *metus fecit intentos*, quo timuimus, ne forte sine ullis rerum æter-
,, narum lucris, damno rerum temporalium feriremur: *gratias Domi-*
,, *no*, qui negligentiam nostram *stimulo terroris excussit*, ut saltem
,, solliciti quæreremus, quod securi numquam nosse curavimus; *A-*
,, *lii* dicant, Nos *falsis rumoribus* terrebamur intrare, quàm *falsos*
,, *esse*, *nesciremus*, si non intraremus; nec intraremus, *nisi cogeremur*:
,, *gratias Domino*, qui trepidationem nostram flagello abstulit, ex-
,, pertos *docuit*, quàm *vana* & inania *de Ecclesia sua* mendax *fama*
,, jactaverit: hinc jam credimus, & illa falsa esse, quæ auctores
,, hujus hæresis criminati sunt, quando posteri eorum tam falsa &
,, pejora finxerunt; *Alii* dicant, Putabamus quidem *nihil interesse*,
,, *ubi Fidem Christi teneremus*, *sed gratias Domino*, qui nos a Divi-
,, sione collegit, & *hoc uni Deo congruere*, ut in Unitate colatur,
,, *ostendit*.

,, His ergo dominicis lucris impediendis, ad contradicendum
,, me opponerem Collegis meis, ne in montibus & collibus vestris,
,, id est, in tumoribus superbiæ vestræ, Christi oves, errantes, in
,, pacis ovile colligerentur, ubi est unus Grex, & unus Pastor?

146. Hic enim vero adeo graphice in antecessum descripti ab *Augustino* sunt sensus ac conditio eorum, qui sub hodiernis Ecclesiæ hostibus seducti militant, ut diutius in iis immorari, nihil opus sit. O! utinam quos nullæ hodie Imperiales leges ad quærendam profitendamve veritatem terrent, Impiorum globus ac vortex incautis populis, perturbato ac confuso omni ordine, in ultimam perniciem adducendis, ex *abyssi puteo* emissus, mature excitaret, ut se agnoscerent, ac *unam* Matrem Ecclesiam: in cujus unius gremio vera filiorum Dei libertas cum servitute nobilissima contra quamlibet oppressionem, ac violentiam; perfectior fraterna a Charitate æqualitas contra quamcumque iniquitatem; jus in ordine suo cuique ex Christi lege conservandum contra injustitiam; solatium denique in animi, corporisque angustiis contra ægritudinem: consilio, voce, manu, sacramentorum virtute &c. &c. &c. *quærentibus Regnum Dei & justi-*

 tiam

tiam ejus, numquam non præsto adest. Ac siquando, Dei justitia ita disponente, detrimenti aliquid in iis passi fuerimus: Christiana virtute ac patientia nedum fit levius, sed suave redditur, ac in majus lucrum convertitur, donec etiam evadendi via, ac salutare remedium, tristibus læta succedentibus, Deo tandem prece, ac pœnitentia placato, suppetat.

147. Equidem ex iis maxime, quæ a numero 54. disserui de dignoscendis Fidei hostibus, ex postremo ibi a *Petro* accepto his verbis signo: LIBERTATEM ILLIS PROMITTENTES, haud temere existimo, ita meam causam egisse, ut quivis pleno jure possit decernere: num imbecilla mente, ac plane stulta; aut porro corde prorsus nequam dicendi ii fuerint, qui, quos veræ Fidei Hostes ignorabant, certi jam tandem, quos fugiant, non agnoscant.

CLAUSULA.

148. Possum igitur, epilogi loco, nostrorum hostium signa a *Paulo* Ecclesiæ tradita citiore calamo percurrere. Et primùm quidem in Ecclesiæ Ephesinæ Præpositis omnium Episcoporum attentionem Ille excitans: *Ego scio*, præmonet ,, Quoniam intrabunt post discessionem ,, meam lupi Rapaces *in vos*, Non parcentes *gregi*. Et ex *vobis* ,, *ipsis* exsurgent viri, Loquentes perversa, ut abducant Discipulos ,, post se ,, (*Act. XX.* 29. 30.). Ubicumque igitur Episcopales Sedes, legitimis deturbatis Pastoribus, per vim occupatas, aut occupari cœptas; bona Ecclesiastica rapta; Discipulos seorsum abductos, observaveris; de fraudulentis inibi consiliis, ab Hostium Ecclesiæ profectis, ne dubita. Rursus: ,, Spiritus.... manifeste dicit, quia in ,, novissimis temporibus Discedent quidam a Fide, attendentes Spi- ,, ritibus erroris, & Doctrinis Dæmoniorum, in Hypocrisi loquen- ,, tium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam ,, (*I. ad Timoth. IV. a v.* 1). Itaque Christi Discipuli habendi Permanentes in accepta a SS. Patribus, quos venerentur, doctrina; contra vero Christi hostes ab omnibus judicandi, qui a colloquiis cum Dæmone habitis; quique impatientes disciplinæ ac correctionis, conscientia sibi facta, Spiritibus privatis ducuntur, & ab accepta & explicata in Catholica Ecclesia Fide Discedunt, Discesserunt, aut umquam Discedent: idque quocumque, ab hypocrisi retento, aut accepto, nomine fiat, puta Christianorum, Evangelicorum, Reformato-

rum,

rum, Illuminatorum, Philoſophorum &c. &c. III. ,, In noviſſimis
,, diebus, ait idem Apoſtolus, inſtabunt tempora Periculoſa. Erunt
,, homines ſe ipſos amantes (Exiſtimantes ſe totius orbis oracula, li-
beratores, reformatores &c., Privataque judicia ſua Communibus Ec-
cleſiæ Definitionibus præferentes). ,, Cupidi, elati, ſuperbi blaſphe-
,, mi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione,
,, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignita-
,, te, proditores, protervi, tumidi, & voluptatum amatores ma-
,, gis, quam Dei: habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem au-
,, tem ejus Abnegantes. Et hos devita: Ex his enim ſunt, qui pe-
,, netrant domos (utut ſeris, clavibus, repagulis que juris, pudo-
ris, officii, ac ſolemnium votorum obſeratas, clauſas, ac oppactas)
(1). ,, Et captivas ducunt mulierculas, oneratas peccatis, quæ du-
,, cuntur variis deſideriis: Semper diſcentes, & Numquam ad ſcien-
,, tiam veritatis (a cujus ſchola, abductis diſcipulis, diſceſſerunt)
,, pervenientes. Quemadmodum autem Jannes, & Mambres reſti-
,, terunt Moyſi, ita & hi RESISTUNT VERITATI (Ipſi quidem
veritatem a ſe ſtare, numquam non clamant; ſed ad populum pha-
leras; quippe Veritatem nulli frequentius lædunt, quam qui fre-
quentius jactant: ,, Numquid eſt hæreſis, quæ non Veritatem ſe

V 2 ,, no-

(1) *Miram* prorſus in Fide, ac incorrupta integritate ſervanda conſtantiam Monialium, per Sueciam, Daniam, & finitimas Provincias, meritis laudibus celebrat *Olaus* Magnus, Upſalenſis Archiepiſcopus, anno perſecutionis, & exilii ſui propter fidem XXXIII. ,, Unum aut alterum, inquit, ſufficiat adduxiſſe exemplum ...... In Imperiali Civitate Lubicenſi Germaniæ Inferio-
,, ris circa annum D. 1525. Moniales S. Annæ magno numero, effoſſa hu-
,, mo, noctis tempore, lignis & lateribus januas; & muros repararunt ......
,, Item in Roſtochio, ne per ſimiles homines extrahi poſſent caſtiſſimæ Vir-
,, gines a Monaſterio, brachiorum, manuumque complexu more formicarum
,, immobiles ſeſe reddiderunt. ,, Ordinis vero S. Birgittæ ſanctimoniales in Suecia adeo conſtantes in ſuo ſancto propoſito perſtiterunt, ut neque per 30. totos annos, fugatis Catholicis Sacerdotibus, nec ſubtracto ſæpe cibo, ut ad virginitatem deſerendam compellerentur, nec objectis lutheranis Miniſtris (quorum blaſphemias ne audirent, aures prius cera, lanaque opplebant); neque magnis pollicitationibus, nec earum Abbatiſſæ illatis flagris, nec denique ullis minarum, pœnarumque, ac ſpoliationum injuriis, commoveri potuerint, ut hæreticorum illecebris aſſentirent. Hæc quidem ex Spondano ad an. 1587. n. XI.; quippe *Olaus* in referendis tot conſtantiæ exemplis, a *Birgittanis* editis, juſto brevior eſt; ſubdit verò *Olaus*. ,, *Ita* & aliæ perſonæ ſimiles plu-
,, ribus in locis conſtantiſſime perſeverant, ubi plures viri turpiſſime ſunt
,, collapſi, quia ut tempori ſe conforment, Furem videntes, currunt cum
,, eo, atque cum Adulteris ponunt portionem ſuam, donec Deus ....
Ap. Raynaldum ad a. Ch. 1525. n. XXXI.

„ nominet? ajebat jam olim *Augustinus*. Incidi, plangens subdit,
„ in homines superbe delirantes, & carnales nimis, & loquaces,
„ in quorum ore laquei diaboli, & viscum confectum .... &
„ dicebant: VERITAS, & VERITAS...... sed falsa loquebantur
Lib. III. Confess. c. X. al. VI.). „ Homines corrupti mente reprobi
„ circa Fidem, sed ultra (remotis vi, seductione, educationis præjudiciis), „ non proficient; Insipientia enim eorum manifesta erit om-
„ nibus, sicut & illorum fuit (*II. ad Timoth. III. a v. 1.*). „

149. Hic enim vero nemo non videt, non nuda vitia, nec qualemcumque morum corruptionem, pro signo nobis tradi ab Apostolo, quo Hostes Ecclesiæ dignoscamus; sed ab iis vitiis dumtaxat, ab ea morum corruptione tales manifeste produntur, quæ ab *abnegatione virtutis Pietatis*, *hoc est justitiæ operum*, *obligationis votorum palam emissorum*, *obedientiæ doctrinæ Ecclesiæ*, quæ vetat *plus* discere, & *sapere*, quàm oportet, proficiscuntur. Rursus aliis verbis: ea morum corruptio, ea vitia Hostium Castra manifestant, quæ a *resistentia veritati*, cujus *columna & firmamentum* Ecclesia est (*I. Tim. III.* 15.); a doctrina *reproba circa fidem*, proveniunt.

150. Frustra igitur nostra, hoc est, Catholicorum crimina accumulant ac exaggerant: sunt ea plane, non diffitemur, numero innumerabilia, atque inæstimabilia gravitate; sed nemo nostrum, ut se excuset, & peccare pergat, Ecclesiæ doctrinam obtendit; quemadmodum constat ex adverso, protestanticum populum, quo se ab increpationibus tueatur, unquam pœnitens peccare desinat, pietatisque operibus totus incumbat; Supremorum Magistrorum, ac Sectæ suæ disciplinam opponere, „ sic enim, inquiunt (celeberrimi inter Protestantes verba sunt, Doctoris, Cancellarii, & Præpositi *Schmidelini* Conc. 4. in Chr. verba Lucæ 21.): „ didicimus modo per solam
„ fidem in Christum salvari, qui sua morte pro peccatis nostris sa-
„ tisfecit; nos vero satisfacere non possumus nostris jejuniis, elee-
„ mosynis, precationibus, ac aliis operibus. Quamobrem sine, &
„ permitte, ut hujusmodi opera missa faciamus, cum per Christum
„ alioqui salvari possimus, & solum gratia Dei, Christique meritis
„ nitamur. „ (1) Revera in hostium Ecclesiæ Castris hac illac crebro audire est: peccatum præter infidelitatem aut nullum est, aut nullum imputatur prædestinatis: ut quis justificetur coram Deo, satis superque esse, credere dumtaxat, sibi esse remissa peccata; quin etiam

(1) Ap. cl. Canisium lib. I. de Corruptel. Verbi Dei c. V. p. 38.

etiam audias alicubi, semel acceptam justitiam amitti non posse; atque adeo quicquid mali, sceleris ac criminis quis postea egerit, salva sibi fore omnia: ubique vero omnia personant fatalis necessitatis vocibus, libertatem ad bonum, & malum esse rem de solo titulo, ac purum putumque nomen; nihil cælestis beatitudinis ex Dei misericordia, & Christi meritis per bona opera promereri; Deumque, hoc est, ipsam Benignitatem, Clementiam, ac Misericordiam, pœnis, cruciandos post vitam, homines addixisse, nulla peccatorum præhabita ratione. Jam quem his, aliisque hujusce furfuris doctrinis imbueris, dic sodes: qui a te seriose ac efficaciter urgeatur, ut declinet a *malo*, & faciat *bonum*?

151. Nec pluribus modo agam; modo, inquam; *Amphora* siquidem, quæ *cæpit institui*, *currente rota*, duplex evasit: Dum hæc igitur effunditur, altera, si Deus dederit, effundenda deinceps, perficietur, implebiturque. Utraque deforis invitamentum ejusmodi uncialibus litteris circum affert: „ Filii Israel Revertimini (ad Pascha celebrandum in Domo Dei) . . . . „ Nolite fieri sicut Patres vestri, & „ Fratres, qui Recesserunt . . . . . Venite ad Sanctuarium ejus, quod „ Sanctificavit in æternum (*II. Paralip. XXX. a v. 6.*) Scio equidem quì olim excepti sint in veteri testamento, hæc separatis tribubus nuntiantes, cursores (*Vide in cit. Paralip. ibid.*). Non nescio etiam quid aliis nuntiis pro ejusmodi benevolentissimo officio in Novo, superiore memoria, acciderit: (1) *Attamen*, ut in citato hic scripturæ loco scriptum est, *Quidam viri ex Aser, & Manasse, & Zabulon, acquiescentes consilio, venerunt Jerusalem*. Sic ex Ecclesiæ Fastis de non paucis.

(1) Minoribus, magno numero, nunciis præteritis, qui, huic evolvendo Divisionis saxo, ad vitæ usque sacrificium adlaborarunt, hæc dumtaxat ex cl. Conciliographo *Lud. Bail* (in summ. CC. to. I. p. 118. edit. Patav. 1701.) seligenda duxi „ Cum Pius IV., inquit, continuare intendens Concil. „ Trid., Legatos suos mittit ad omnia Regna, quæ nomine Christiano censebantur, ad ea etiam, quæ a Romana Fide defecerant . . . . ., *Elisabetha* „ Angliæ Regina non permittit, ut Legatus mari ad se transeat . . . . . . excusatione frivola dicens: non licere sibi cum Pontifice Rom. ullo modo „ agere, cujus auctoritatem publico decreto Ordines Regni exegissent. *Lutherani Naumburgi* congregati, respondent, se Concilium non recusare, „ sed ubi verbum Dei judex esset; non Pontifex: ubi juramentum Illi ab „ Episcopis præstitum (*Religiosæ obedientiæ*) remitteretur; atque Theologi „ jure suffragii gauderent. *Fridericus*, Daniæ Rex, non permittit, Legatum „ ad se accedere, dicens, sibi nihil negotii cum Pontifice intercedere: nec „ se Legationis audiendæ cupidum esse . . . . . .

cis ex omni ordine redeuntibus consolamur; ac in dies *Verbum Dei non reverti vacuum*, sincero gaudio experimur; *bonum enim & jucundum habitare fratres* (nec tantum baptismo) *in unum*. Hujuscemodi spe recreati, de cœpto, Unitatis studio, labore numquam nos pœnitebit: ob oculos habentes Domini præceptum, seu legem eundi *in mundum universum, & prædicandi Evangelium omni creaturæ* (Ex Marc. c. ult. v. 15.), *ab ipso Domino, cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis* (Ibid. v. 20.), numquam non libere sanciendam.

LAUS DEO.

ERRATA PRÆCIPUA.		*CORRIGE.*
Pag. 2. *n.* 2. *lin.* 15.	ſic his, qui	ſic, qui
pag. 65. *n.* 61. *lin.* 3.	reliquis	reliquiis
pag. 72. *n.* 68. *lin.* 6.	qui quo;	qui; quo

Die 12. Julii 1792.

VIDIT

Prò Illmo, & Revmo D. D. Dominico Marchione Mancinforte, Episcopo Faventino, Fr. Philippus Agelli Ordinis Minorum Conventualium, Examinator Synodalis, & Sacræ Theologiæ Doctor.

Die 20. Julii 1792.

IMPRIMATUR.

Fr. Vincentius Zucchini Ordinis Prædicatorum Sacræ Theologiæ Magister, Examinator Synodalis, Publicus Sacrorum Canonum Professor, ac Vicarius Generalis S. Officii Faventiæ.